

L
TITULUS I.

Labor.

Labor & dolor communis omnibus hominibus.

Tulit ergo Dominus hominem, & posuit eum in Paradiso voluptatis, (non ut otiosus, & inanis in suavitatis, in eo daretur, sed) ut operaretur, & custodiret illum. *Gen. 2. 15*
Adz vero dixit (Deus): Quia audisti vocem uxoris tue, & comediti de ligno, ex quo preceperam tibi, ne comederes, maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vite tue. *Gen. 3. 13.* In sudore vultus tui vesceris pane, donec revertaris in terram, de qua sumptus es. *v. 19*
Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. *Exod. 20. 9. Item Cap. 34. 21. Item verbatim Deut. 5. 13*

Anna vero uxor ejus (Tobia) ibat ad opus textrinum quotidie, & de labore manuum suarum suarum, quem consequi poterat, deserebat. *Tob. 2. 19*
Mulierem istam fortem laudat S. Ieronimus; Quæsit lanam & linum, & operata est consilio manuum suarum. *Prov. 31. 13.* Et De nocte surrexit, deditque prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis -- De fructu manuum suarum plantavit vineam. *v. 15.* Manum suam misit ad fortia, & digiti ejus apprehenderunt furtum. *v. 19.* Et Panem otiosa non comedit. *v. 27*
Labores manuum tuarum quia manducabis: beatus es, & bene tibi erit. *Psal. 127. 2*
Vale ad fornicam o piger, & considera vias ejus, & discite sapientiam: quæ cum non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem, parat in astute cibum sibi, & congregat in melle quod comedit. *Prov. 6. 6*

Egestatem operata est manus remissa: manus autem fortium divitias parat. *ibid. 10. 4*
Ubi non sunt boves, præsepe vacuum est: ubi autem plurimæ fegetes, ibi manifestat fortitudo bovis. *ibid. 14. 4*

Propter frigus piger arare noluit: mendicabit ergo æstate, & non dabitur illi. *ibid. 26. 4*
Dulcis est somnus operanti, sive parum, sive multum comedit: saturitas autem divitis non sinit eum dormire. *Eccle. 5. 11*

Melior est victus pauperis sub tegmine asserum, quam epulæ splendide in peregre sine domicilio. *Eccle. 29. 29*

Indicat Deus populo per Prophetam Aggeum, quod plurima mala venissent super eos, eo quod non admoveissent manus suas ad edificationem templi. *Aggei 1. 10*

Patresfamilias laborantibus in vineis, mercedem solvit. *Matth. 20. 8*

Christus videns laborantes discipulos in remigando, venit ad eos super mare. *Matth. 6. 43*
Dicit eis Simon Petrus (s. Nathanael & filius Zebedi) Vado piscari. Dicunt ei: Venimus & nos tecum. Et exierunt, & ascenderunt in navim: & illa nocte nihil preceperunt. *Joan. 21. 3*

Christus manifestat se discipulis laborantibus. *Joan. 21. 6*

Paulus, videns Corinthum, & inveniens quemdam Judæum nomine Aquilam -- & Priscillam uxorem ejus -- accessit ad eos: & quia esaldem erat artis, manebat apud eos, & operabatur (erant autem scenofactoriæ artis.) *Act. 18. 1*

Ipsi scitis: quoniam ad ea quæ mihi opus erant, & his, qui mecum sunt, ministraverunt manus istæ. Omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes, oportet suscipere infirmos. *Act. 20. 34*

Nos nulli propter Christum, vos autem prudentes in Christo: nos infirmi, vos autem fortes; vos nobiles, nos autem ignobiles. Usque in hanc horam & clarimus, & scimus, & nudi sumus, & colphis cædemus, & instabiles sumus, & laboramus operantes manibus nostris, &c. *1. Cor. 4. 10*

Qui furabatur, jam non furetur: magis autem laboret, operando manibus suis quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti. *Ephes. 4. 28*

Memores enim estis fratres laboris nostri & fatigationis: nocte ac die operantes, ne quem vestrum gravaremus, prædicavimus in vobis Evangelium Dei. *1. Thess. 2. 9. Cap. 4. 1*

Ipsi enim scitis, quemadmodum oporteat imitari nos: quoniam non inquieti fuimus inter vos: neque gratis panem manducavimus ab aliquo, sed in labore & fatigatione, nocte & die operantes, ne quem vestrum gravaremus. Non quasi non haberimus potestatem, sed ut nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos. Nam & cum essemus apud vos, hoc demonstravimus vobis: quoniam si quis non vult operari, nec manducet. Audivimus enim inter vos quosdam ambulantes inquiete, nihil operantes, sed curiosos agentes. Iis autem, qui ejusmodi sunt, denunciavimus, & obsecravimus in Domino Jesu Christo: ut cum silentio operantes, suum panem manducent. *2. Thess. 3. 7*

Labor non dicit sine Dei benedictione.

A De vero dixit (Deus): Quia audisti vocem uxoris tue, & comediti de ligno, ex quo preceperam tibi, ne comederes, maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vite tue. *Gen. 3. 17*

Et

Et ait (Dominus ad Isaac): Ne descendas in Ægyptum: sed quiesce in terra, quam dico tibi. Et peregrinare in ea, & eroque tecum, & benedicam tibi: tibi enim & semini tuo dabo universas regiones has, complens juramentum, quod Ipponadi Abraham patri tuo. *Gen. 26. 2.* Sevit autem Isaac in terra illa, & invenit in ipso anno centuplum: benedixitque ei Dominus. Et locupletatus est homo, & ibat proficiens atque sacreque, donec magis vehementer effectus est. *Ibid. v. 12*

Ait illi (Jacob) Laban: Inveniam gratiam in conspectu tuo: experimento didici, quia benedixit mihi Deus propter te. *Ibid. 30. 27*

Sec recorderis Domini Dei tui, quod ipse vires tibi præberit, ut impleat pactum suum, super quo juravit patribus, sicut presens indicat dies. *Deut. 8. 18*

Domini autem benedixit novissimis Job magis quam principio ejus. Et facta sunt ei quatuordecim millia ovium, & sex millia camelorum, & mille juga boum, & mille asinae. *Job 42. 11*

Benedictio Domini dives facit, nec sociabitur eis afflictio. *Prov. 10. 22*
Mane semina semen ærum, & vespere ne cesset manus tua: quia nefcis, quid magis oriatur, hoc aut illud, & si utrumque simul, melius erit. *Eccle. 11. 6*

Laboranti merces debetur.

Non facies calumniam proximo tuo, nec vii opprimes eum. Non morabitur opus mercenarii tui apud te usque mane. *Lev. 19. 13*

Non negabis mercedem indigentis, & pauperis fratris tui, sive advenæ, qui tecum moratur in terra, & intra portas tuas est: sed eadem die reddes ei præmium laboris sui ante solis occasum, quia pauper est, & ex eo sustentat animam suam; ne clamet contra te ad Dominum, & reputet tibi in peccatum. *Deut. 24. 14*

Non ligabis os bovis terentis in area fruges tuas. *Ibid. 25. 4*
Quicumque tibi aliquid operatus fuerit, statim ei mercedem restitue, & merces mercenarii tui apud te omnino non remaneat. *Tob. 4. 15*

Non laxas servum in veritate operantem, neque mercenarium dantem animam suam. *Eccle. 7. 22*
Panis egentium vita pauperum est: qui defraudat illum, homo sanguinis est. Qui auferit in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum. *Ibid. 34. 25*

Væ qui edificat domum suam in injustitia, & cenacula sua non in iudicio: amicum suum opprimit frustra, & mercedem ejus non reddit ei. *Jer. 22. 13*

Et accedat ad vos (filios Levi) in iudicio, & ero testis velox maleficis, & adulteris, & perjuris, & qui calumniantur mercedem mercenarii, viduas & pupillos: & opprimunt peregrinum, nec timeverunt me, dicit Dominus exercituum. *Malach. 3. 5*

Dignus enim est operarius cibo suo. *Matth. 10. 10*
Scriptum est enim in lege Moysi: Non alligabis os bovi trituranti. *1. Cor. 9. 9* Ita & Dominus ordinavit iis, qui Evangelium annuntiant, de Evangelio vivere. *Ibid. v. 14*

Non alligabis os bovi trituranti. Et: Dignus est operarius mercede sua. *1. Tim. 5. 18*
Ecce merces operantium, qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est a vobis, clamat: & clamor eorum in aures Domini Sabaoth introivit. *Jer. 5. 4*

Laboris manuum, & agriculturae laus & utilitas.

Qui operatur terram suam, satiabitur panibus: qui autem sectatur otium, stultissimus est. *Prov. 12. 11* *Eccle. 20. 30*

Vult & non vult piger: anima autem operantium impinguabitur. *Ibid. 13. 4*
In omni opere (tuo) erit abundantia: ubi autem verba sunt plurima, ibi frequenter egestas. *Ibid. 14. 22*

Prepara foris opus tuum, & diligenter exerce agrum tuum: ut postea adifices domum tuam. *Ibid. 24. 27*

Qui operatur terram suam, satiabitur panibus: qui autem sectatur otium, replebitur egestate. *Ibid. 24. 19*

TITULUS II.

Lacrimæ & fletus.

Flevit Agar, longe ab Ismaele descendens, nec voluit videre faciem suam morientem. *Gen. 21. 16*
Venitque Abraham, ut plangeret & fletet eam: Sc. Seram uxorem suam deservit. *ib. 23. 6*

Evaluat magno flevit Esau, quod benedictionem Patris haberet Jacob. *Ibid. 27. 34*
Elevata voce flevit Jacob, postquam recuperaverat Rachel consobrinam suam. *Ibid. 29. 10*

Strigenti Esau collum Jacob, & osculans eum, flevit. *Ibid. 33. 4*
Schilique vestibus (Jacob) indutus est cilicio, lugens filium suum multo tempore. *ib. 27. 34*

Commota fuerant viscera ejus (Joseph) super matre suo (Benjamin), & erumpebant lacrimæ: & introitus cubiculum, flevit. *Ibid. 43. 30*

Elevavitque vocem (Joseph) cum fletu. *Ibid. 45. 2.* item c. 50. 1. *Sevit super patre suo mortuo.* *ib. 27. & fratrem eum rogantem, ut obdormiret peccati in eum commisi.*

Thesaur. Biblic.

T

Vul.

Vulgus quippe promissum, quod ascenderat cum eis (ex *Egypto*), fugavit desiderio (carnium), ledens & fiens. *Num. 11. 4.*
 Igitur vociferans omnis turba, fleuit nocte illa; & mortuari contra Moysen & Aaron dicentes: Utinam mortui essemus in *Egypto*. *Ibid. 14. 1.*

Omnis autem multitudo videns occubuisse Aaron, fleuit super eo triginta diebus &c. *ib. 10. 30.*

Filii Israel Moysen mortuum fleverunt triginta diebus. *Dent. 34. 8.*

Angelus Domini venit ad locum flentium, & inprospiculis filiis Israel beneficia que a Deo receperunt, peccata que commiserunt, & ipsi elevaverunt vocem suam, & fleverunt. Et vocem istam nomen loci istius, locus flentium, sive lacrimarium. *Judic. 2. 1. & 4.*

Poenarunt filii Israel contra filios Benjamin, fleverunt coram Domino. *Ibid. 20. 13.*

Et postmodum obsecra. victoria, fleverunt propter destructionem fratrum suorum. *Ibid. 21. 2.*

Recedente Noemi, ipsa & maritus ejus flere ceperunt. *Ruth 1. 9.*

Oravit (Anna) ad Dominum, flens largiter. *1. Reg. 1. 7. & 10.*

Audita obfisione Jabes Galaad, levavit omnis populus vocem suam, & fleuit. *Ibid. 11. 4.*

Lugebat Samuel Saulem, quoniam Dominum poenitebat, quod constitisset eum regem super Israel. *Ibid. 15. 35.*

David & Jonathas osculantes se alterutrum, fleverunt pariter. *Ibid. 10. 31.*

Saul audiens vocem David, qui peccerat ei, elata voce fleuit. *Ibid. 24. 17.*

Videns David civitatem Siceleg esse succensam, & abductos homines inlo. captivos, planxerunt ipsi & populus, qui erat cum eo, donec deficerent in eis lacrimae. *Ibid. 30. 4.*

Planxit David super Saul & Jonathas, & alios interfectos. *2. Reg. 1. 11.*

David & omnis populus fleverunt super Abner, quem occiderat Joab. *Ibid. 3. 31.*

Noluit David flere pro filio parvulo mortuo, & tamen fleuit pro infirmo. *Ibid. 12. 21.*

Quantovis Abilou exhibuerit se prosum erga patrem, tamen David fleuit eum miserabiliter mortuum. *Ibid. 18. 33.*

Elisus videns Acaelem coram se, coepit flere, propter mala, que ille erat facturus Israel, cum ipse esset futurus rex Syria. *4. Reg. 3. 21.*

Fleuit itaque Ezechias fletu magno, orans Dominum pro morte, quam sibi imminere in proximo quibat. *Ibid. 20. 3.*

Cum audisset Josias rex Juda. comminationes scriptas in legis Libro propter peccata, scilicet vestimenta sua, & fleuit, & multum Deo placuit. *Ibid. 22. 19.*

Cum visitabatur templum ab iis, qui redierunt de Babilone, Nec poterat quisquam agnoscere vocem clamoris latantium, & vocem fletus populi. *1. Esdr. 3. 13.*

Orante Esdra & fente, propter commixtionem populi gentis cum Judaeis, collectus est ad eum de Israel cœtus grandis nimis, virorum & mulierum -- & fleuit populus fletu multo. *ib. 10. 1.*

Cum audisset Nehemias miserabilem statum civitatis Jerusalem, fleuit diebus multis, & jejunabat & orabat ante faciem Dei. *2. Esdr. 1. 4.*

Tobias manducavit panem cum lactu & tremore, quia corpus jugulati proximi in domo habitabat, quod nocte sepelire volebat. *Tob. 2. 5.*

Postea auditis sermonibus uxoris, ingenuit, & coepit orare cum lacrimis. *Ibid. 3. 1.*

Sara filia Raguelis, audita ab ancilla gravi contumelia, cum lacrimis deprecabatur Deum ut ab isto improperio liberaret eam. *Ibid. 2. 10.*

Cum recessisset a parentibus suis Tobias junior, Coepit mater ejus flere, & dicere: Baculum senectutis nostrae tulisti, &c. *Ibid. 5. 23.*

Raguel, cognoscens Tobias juniorem, Cum lacrimis osculatus est eum, & plorans super colum ejus &c. *Ibid. 6. 19.*

Non dubito, quod Deus preces & lacrimas in conspectu suo admisit. *Ibid. 7. 13.*

Veniens Gabius ad domum Raguelis, & videns Tobias juniorem discumbentem, fleuit & benedixit Deum. *Ibid. 9. 8.*

Moram faciente Tobia. Flebat igitur mater ejus, irremediabilibus lacrimis, atque dicebat: Heu heu me, fili mi! ut quid te misimus peregrinari? &c. *Ibid. 10. 4.*

Exurgens cæcus Tobias occurrit filio suo redempti, Et suscipiens, osculatus est eum cum uxore sua, & ceperunt ambo flere præ gaudio. *Ibid. 11. 11.*

Quando orabas cum lacrimis -- ego obtuli orationem tuam Domino. *Ibid. 12. 15.*

Cum expulisset Achior omnia, que dixerat Holofemes, omnis populus communi lamentatione & fletu, unanimiter preces Deo miseravit. *Judith 6. 14.*

Fletus est fletus & ululatus magnus in Ecclesia ab omnibus, per multas horas, una voce clamaverunt ad Deum, dicentes: Peccavimus cum patribus nostris, &c. *ib. c. 7. v. 18. 23.*

Sed quia patiens Dominus est, in hoc ipso poeniteamus, & indulgentiam ejus fisis lacrimis postulemus. *Ibid. 8. 14.*

Stetitque Judith ante lectum (Holofemes) orans cum lacrimis, ut Deus ita, quod cogitabat, perficere assignaretur. *Ibid. 13. 6.*

Cum audisset Marcolagus iniquam sententiam contra Judæos prolatam, Scidit vestimenta sua, & inlu-

indutus est sacco, spargens cinerem capiti: & in platea -- voce magna clamabat, offendens amaritudinem animi sui. *Esdr. 4. 1.* In omnibus quoque Provinciis, oppidis ac locis, ad qua crudelis regis dogma pervenerat, planctus ingens erat apud Judæos: jejunium, ululatus, & fletus. *Ibid. v. 3. 1. Mach. 1. 26.*

Postquam Aman vidit Manducatum cum insignis honoratum, Festinavit ite in domum suam lugens & opero capite. *Ibid. 2. 6.*

Sancius Job fleuit pro miseris populi: Versa est in luctum cithara mea, & organum meum in vocem flentium. Job 30. 31. Curus fletus rubeamenta apparere per hoc, quod dixerat: Facies mea intumuit a fletu, & palpebrae meae caligaverunt. *c. 16. 17.*

Fletus Job, pro miseris alienis: Elebam quondam super eo, qui afflictus erat, & compatiebatur animi mea pauperi. *Ibid. v. 25.* Mœrens incedebam &c. *v. 28.*

Lavabo per singulas noctes lectum meum: lacrimis meis stratum meum rigabo. *Ps. 6. 7.*

Proaudi orationem meam Domine, & deprecationem meam; auribus percipe lacrimas meas. *Ibid. 38. 13.*

Faciant mihi lacrimae meae panes die ac nocte. *Ibid. 41. 4.*

Resisti Domine lacrimas meas in conspectu tuo. *Ibid. 55. 9.*

Cibabis nos (Deum) pane lacrimarum: & potum dabis nobis in lacrimis in mensura. *ib. 79. 6.*

Ploremus ante Domium, qui fecit nos. *Ibid. 94. 6. 2. Mach. 11. 6.*

Eripuit (Deus) animam meam de morte: oculos meos a lacrimis, pedes meos a lapsu. *Ibid. 114. 8. Isa. 25. 8. 38. 5.*

Super Hamia Babilonis illic sedimus & flevimus. *Ibid. 136. 1.*

Qui seminavit in lacrimis, in exultatione meteat. *Ibid. 125. 5.* Vide Tob. 3. 22. Jer. 31. 16. Ezech. 24. 16. Apoc. 7. 17. Isa. 25. 8. Apoc. 21. 4.

Pingens oculum deducit lacrimas. *Ecclesi. 22. 74.*

Nonne lacrimae viduae ad maxillam descendunt, & exclamatio ejus super deducentem eas? A maxilla enim ascendunt usque ad caelum, & Dominus exauditor non delectabitur in illis. *ib. 35. 18.*

Fili in mortuum producit lacrimas, & quasi dira pallus incipit plorare, & secundum judicium contage corpus illius, & non despicias sepulturam illius. *Ibid. 38. 16.*

Videns Isaias destructionem populi sui, alterbat: Recedite a me, amare flebo, nolite incumbere, ut consolemini me super vastitate filiae populi mei. *Isa. 22. 4.*

Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrimarum? & plorabo die ac nocte interfectos filiae populi mei. *Jer. 9. 1. Vide Thren. 1. 2. 2. 11. 2. 18.*

Deducant oculi nostri lacrimas, & palpebrae nostrae defluant aquis. *ib. v. 18. c. 13. 17. 14. 17.*

Susanna flens suspexit ad caelum: erat enim cor ejus fiduciam habens in Domino. *Dan. 13. 35.*

Planxit Israel planctu magno pro morte Machabae, *1. Mach. 2. 70. item 1. Mach. 9. 20. pro morte Juda, item 1. Mach. 12. 52. in morte Jonathae &c. Vide & 2. Mach. 4. 37.*

Pater patri innotuit exclamans Cum lacrimis ajebat: Credo Domine; adjuva incredulitatem meam. *Marc. 9. 23.*

Maria Magdalena legitur ter flevisse: primo pro peccatis suis ad pedes Domini: secundo pro morte fratris. *Luc. 7. 38. Joan. 11. 31. tertio pro passione Domini. Joan. 20. 11.*

Salvator noster invenitur tribus vicibus lacrimas fuisse: primum super Lazarum mortuum: *Jo. 11. 35.*

Ibid. secundo super Jerusalem, quam propter peccata destruendam seiebat. *Luc. 19. 41. tertio in cruce, quando se ipsum pro mundi peccatis hostiam offerbat, ut ait Paulus Hebr. 9. 27. Preces cum clamore valido & lacrimis offerens.*

Post negationem tertiam, post aspectum Domini Petrus fleuit amare. *Luc. 22. 62.*

Christum exeuntem cum cruce sequentem multa turba populi, & mulierum que plangebant &c. *Ibid. 23. 27.*

Paulus servavit Domino cum omni humilitate (& multis) lacrimis. *Act. 20. 19. item v. 31. cum multis lacrimis movebat audientes suos, & ipso ad lacrimas provocabat. v. 37.*

Iidem apostolus cum lacrimis scribebat epistolas suas. *2. Cor. 2. 4.*

Lacrima. Vide Gaudium.

T I T U L U S III

Lacri.

Lacri ne se in sacris, præter officium miscant. Vide & Artifices.

¶ Que Nadab & Abiu consumpti, planguntur a populo, non a sacerdotibus eo quod impij fuerint: in incensum desuper offerentes coram Domino ignem alterum, quod eis preceptum non erat, in deserto Synai. *Lev. 10.*

Cum proficiscendum fuerit, deponent Levitæ tabernaculum: cum castrametandum erigent: quisquis exteriorum accesserit, occidetur. *Nom. 1. 31.*

Aaron autem, & filios ejus constitues super cultum sacerdotii. Externus qui ad ministrandum accesserit, morietur. *Ibid. 3. 10.*

Lacri in Ecclesia Non inhabitabunt, nec inambulabunt, & -- non transigent. *Ecclesi. 38. 36.* Vide Exemplum de hoc 2. Par. 26. 18, in reg. Ozias.

Cumque involverit Aaron & filii eius sanctuarium & omnia vasa ejus in continuatione castrorum, tunc intrabunt filii Caath, ut portent vasa sanctuarium, ne moriantur. Num. 4. 15. Sed hoc facite eis, ut vivant, & non moriantur nisi vergerint sancta sanctorum. Aaron & filii ejus intrabunt, ipseque disponent opera singulorum, & dividunt quid portare quis debeat. Alii nulla curiositate videant, quae sunt in Sanctuario Dei, praesquam involvantur, alioquin morientur. ibid. v. 19. Num. 1. 51. ut supra.

Tu autem; & filii tui (ait Dominus Aaron) custodite sacerdotium vestrum: & omnia quae ad cultum altaris pertinent, & intra velum sunt, per sacerdotes administrabuntur: si quis exterius accesserit, occidetur. ibid. 18. 2.

Postquam autem venerunt ad arcam Nachor, extendit Oza manum ad arcam Dei, & tenuit eam; quoniam calcitrabant boves, & declinaverunt eam. Iratusque est indignatione Dominus contra Ozam, & percussit eum super temeritate, qui mortuus est ibi juxta Arcam Dei. 2. Reg. 6. 6.

Non est tui officii Ozia (ait illi Azarias sacerdos) ut adoleas incensum Domino, sed sacerdotum, hoc est; filiorum Aaron, qui consecrati sunt ad hujusmodi ministerium: egredere de sanctuario, ne contempseris: quia non reputabitur tibi in gloriam hoc a Domino &c. 2. Paral. 26. 18.

Nullum jus habent mittendi vel ordinandi sacerdotes.

Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo tanquam Aaron. Hebr. 5. 4. Reliqui te Crete -- ut constituas per civitates Presbyteros, sicut & ego disposui tibi. Tit. 1. 5.

Manus cito nomini imponeris. 1. Tim. 5. 22. *Laudatum Usus. Vide Cereorum Usus.*

T I T U L U S I V.

Lapis dicitur Christus Angularis.

Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretiosum, in fundamento fundatum, qui crediderit, non festinet. Isa. 28. 15. Pl. 117. 22. Dicit illis Jesus: Namquid legistis in Scripturis: Lapidem, quem reprobarunt aedificantes, hic factus est in caput anguli? A Domino factum est istud. Marc. 12. 34. Luc. 20. 17.

Hic est lapis, qui reprobatus est a vobis aedificantibus, qui factus est in caput anguli. Marc. 12. 34. Rom. 9. 33. 1. Pet. 2. 7.

Superaedificati super fundamentum Apostolorum, & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Jesu. Ephes. 2. 20.

Offensionis.

Dominum exercituum ipsum sanctificate: Ipse pavor vester, & ipse terror vester. Et erit vobis in sanctificationem. In lapidem autem offensionis, & in petram scandali, duabus domibus Israel: in laqueum, & in ruinam habitantibus Jerusalem. Et offendent ex eis plurimi, & cadent, & conterentur: & irretietur, & capientur. Isa. 8. 13.

Et qui ceciderit super lapidem illum, confringetur: super quem vero ceciderit, conteret eum. Marc. 12. 34.

Ecce posuit est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicetur. Luc. 2. 34.

Omnis, qui ceciderit super illum lapidem, conculcabitur: super quem autem ceciderit, comminuet illum. Ebd. 20. 18.

In iudicium ego in hunc mundum veni: ut qui non vident, videant: & qui vident, ceci fiant. Joan. 9. 39.

Offenderunt enim in lapidem offensionis, sicut scriptum est: Ecce pono in Sion lapidem offensionis, & petram scandali: & omnis, qui credidit in eum, non confundetur. Rom. 9. 33.

Propter quod continet Scriptura: Ecce Pono in Sion lapidem summum, angularem, electum, pretiosum: & qui crediderit in eum, non confundetur, &c. 1. Pet. 2. 6.

Lapis dicitur Petrus.

Inventus autem eum Jesus, dixit: Tu es Simon filius Jona: tu vocaberis Cephas quod interpretatur Petrus. Joan. 1. 41.

Lapis dicitur omnis Christianus.

Ad quem accedentes &c. 1. Pet. 2. 4. *Vide in sic. Demus. Latrocinium. Vide Homicidium.*

T I T U L U S V.

Laudatur homo a Deo.

Et tunc laus erit unicuique a Deo. 1. Cor. 4. 5.

Laudet te alienus, & non os tuum: extraneus, & non labia tua. Prov. 27. 1. *Non a seipso. Ab alio in absentia.*

Sicut Saluator Joannem discipulis ipsius discipulorum laudibus excolle. Math. 11. 7. Et cum discessissent nuntii Joannis, coepit (Jesus) de Joanne dicere ad turbas. Luc. 7. 34. *De innocencia.*

Laudabatur omnes recti corde. Psal. 63. 12. Non laudes virum in specie sua: neque spernas hominem in visu suo. Eccles. 17. 2. Ante mortem ne laudes hominem quemquam, quoniam in filiis suis agnoscitur vir. Ib. v. 30. Ante sermonem non laudes virum: hoc enim tentatio est hominum. Ib. 27. 8.

Laudemus viros gloriosos, & parentes nostros in generatione sua. Ib. 44. 4. Homines divites in virtute, pulchritudinis studium habentes: pacificantes in domibus suis. Ib. v. 6.

Sapientiam ipsorum narrent populi, & laudem eorum munitur Ecclesia. Ib. v. 15. *Laudamus Deum ante & post cibum. Vide & Gratia.*

Ut cum comederis, & satiatus fueris, benedicas Domino Deo tuo pro terra optima, quam dedit tibi. Deut. 8. 10. *Laudare Deum pro merito non possumus.*

Quoniam magnus Dominus & laudabilis nimis: terribilis est super omnes Deos. Ps. 97. 4. Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudationes ejus? Ib. 105. 2. *Septies in die laudem dixi tibi, super judicia justitiae tuae (Domini). Ib. 118. 164.*

Magnus Dominus & laudabilis nimis: & magnitudinis ejus non est finis. Ib. 144. 3. *Glorificantes Dominum quantumcumque poteritis: supervalebit enim adhuc, & admirabilis magnificentia ejus. Eccles. 43. v. 33. 35.*

Laudet Deo cantanda.

Omnes Gentes plaudite manibus jubilate Deo in voce exultationis. Psal. 46. 2. Praecite Domino in confessione: psallite Deo nostro in cithara. Ib. 146. 7. Cantate Domino canticum novum: laus ejus in Ecclesia sanctorum. Ib. 149. 1. Cantate Domino, quoniam magnifice fecit: annuntiate hoc in universa terra. Ps. 124. 5. Et nolite inebriari vino, in quo est luxuria: sed implemini Spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in Psalmis & Hymnis, & Canticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris Domino. Ephes. 5. 18.

Verbum Christi habet in vobis abundanter, in omni sapientia, docentes & commententes vobismetipsis, Psalmis, & Hymnis, & Canticis spiritualibus, in gratia cantantes in cordibus vestris Deo. Coloss. 3. 16.

Per ipsum ergo (Christum) offeramus hostiam laudis semper Deo, id est, fructum labiorum confitentium nomini ejus. Hebr. 13. 15.

Tristatur aliquis vestrum? oret: Aequo animo est? psallat. Jas. 5. 13. *De sapientia. De laude. De cithara.*

T I T U L U S VI.

Lepra.

Post induitrium sequetur sapientia. Eccles. 10. 10. Qui legit, intelligat. Math. 24. 15. *Lepra quomodo cognoscatur.*

Omnis autem, cui multum est datum, multum quaeretur ab eo: & cui commendaverunt multum, plus petent ab eo. Luc. 12. 48.

Attende lectioni & exhortationi, & doctrinae. Noli negligere gratiam, quae in te est. 1. Tim. 4. 13.

Omnis Scriptura divinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, &c. 2. Tim. 3. 16. Verbum Christi habet in vobis abundanter. Coloss. 3. 16. *Lepra quomodo cognoscatur.*

Scienti igitur bonum facere, & non facienti, peccatum est illi. Jac. 4. 17.

T I T U L U S VII.

Lepra.

Describitur lepra quomodo cognoscatur. Lev. 13. & Cap. decimo quarto, quae sacrificia offerenda sibi pro homine lepra infecto. *Lepra mittit Deus propter peccata.*

Dixit Deus Moysi: Mitte manum tuam in sinum tuum. Quam cum misisset in sinum, protulit leprosam instar nivis. Exod. 4. 6.

Aaron & Maria in mississimum Moysen murmurant, apud quos Deus Moysen laudat a familiaritate erga Dominum. Maria lepra percussa, & septem diebus a populo separata sanitate restituta. Num. 12. *Lepra quomodo cognoscatur.*

Naaman princeps militiae regis Syriae erat vir magnus apud Dominum suum, & honoratus. 2. Reg. 5. *Lepra quomodo cognoscatur.*

per illum enim dedit Dominus salutem Syria: erat autem vir fortis, sed leprosus. 4. Reg. 5. Dixit Eliseus illi: Quia Nunc igitur accepisti argentum, & accepisti vestes, ut emas oliveta, & vineas, & oves, & boves, & seruos & ancillas. Sed & lepra Naaman adparebit tibi, & semini tuo usque in sempiternum. Et egressus est ab eo leprosus quasi nix. Ib. v. 16

Percaussit autem Dominus Regem (Achaziam) & fuit leprosus usque in diem mortis suae, & habitabat in domo libera seorsum. Ibid. 17. 5

Non est tui officii Ozia, ut adoleas incensum Domino, sed sacerdotum, hoc est, filiorum Aaron, qui consecrati sunt ad huiusmodi ministerium: egredere de Sanctuario, ne contempseris: quia non reputabit tibi in gloriam hoc a Domino, Deo. Iratueque Ozia, tenens in manu thuribulum, ut adoleret incensum, misit autem sacerdotibus. Statimque orta est lepra in fronte ejus coram sacerdotibus, in domo Domini super altare thymiamatis. 2. Paral. 26. 18. Fuit igitur Ozias rex leprosus usque in diem mortis suae, & habitavit in domo separata ple-nus lepra, ob quam eiecius fuerat de domo Domini. Ib. v. 21

Retrahe (ait Dominus Moysi) manum tuam in sinum tuum. Retraxit, & protulit iterum, & erat similis carni reliqua (qua prius erat leprosa inhar nivis). Exod. 4. 7. Numer. 12. ut supra v. 15

Descendit (Naaman) & lavit in Jordane septies juxta sermonem viri Dei (Elisii) & tolli-ta est caro ejus, sicut caro pueri parvuli, & mandatus est. 4. Reg. 5. 14

Cum autem descendisset de monte, secutus fuit eum turba multa: & ecce leprosus ve-niens, adorabat eum, dicens: Domine si vis, potes me mundare. Et extendens Jesus manum suam, tetigit eum, dicens. Volo, Mundare. Et contestim mundata est lepra ejus. Mat. 8. 1

Cum ingrederetur Jesus quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi, qui steterunt a longe & levaverunt vocem, dicientes: Jesu praeceptor, miserere nostri. Quos, ut vidit, dixit: Ite, ostendite vos sacerdotibus, & factum est, ut dum irent mandati sunt. Luc. 17. 12

Omnino tempore quo leprosus est, & immundus, solus habitabit extra castra. Lev. 13. 46

Præcipe (ait Dominus Moysi) filiis Israel, ut efficiant de castris omnem leprosum, & qui sempe fluit, pollutusque est super mortuo. Num. 5. 2

Percaussit autem Dominus regem (Achaziam) & fuit leprosus usque in diem mortis suae, & habitabat in domo libera seorsum: Joathan vero filius Regis gubernabat palatium, &c. 4. Reg. 15. 5

TITULVS VIII. **L**EVITVS. **L**evitum habitatio, jus, & sustentatio.

Locutusque est Moyses ad Aaron & ad Eleazar, & Ichamar, filios ejus, qui erant residui: Tollite sacrificium, quod remansit de oblatione Domini, & comedite illud absque sermone juxta altare, quia sanctum sanctorum est. Lev. 16. 12

Aedes Levitarum, quæ in urbibus sunt, semper possint relinqui: si redemptæ non fuerint, in Jubilæo revertentur ad Dominos, quia domus urbium Levitarum pro possessionibus suis inter filios Israel. Suburbana autem eorum non veniant, quia possessio sempiterna est. Ibid. 25. 33

Filiis autem Levi dedi omnes decimas Israelis in possessionem, pro ministerio quo servierunt mihi in tabernaculo foederis. Num. 18. 21. Solis filiis Levi mihi in tabernaculo servientibus, & portantibus peccata populi, legitimum sempiternum erit in generationibus vestris. Nihil aliud possidebunt, decimarum oblatione contenti, quas in usus eorum & necessario separavi. v. 23

Præcipe filiis Israel (ait Dominus ad Moysen) ut dent Levitis de possessionibus suis, urbes ad habitandum & suburbana eorum per circuitum: ut ipsi in oppidis maneant, & suburbana sint pecoribus ac jumentis. Ibid. 35. 2. Jos. 24. 2

Ibi (scilicet in terram quam Dominus daturus est vobis) epulabimini coram Domino Deo vestro, vos & filii ac filiae vestrae, famuli & famulae, atque Levites, qui in urbibus vestris commorantur. Deut. 12. 12. Cave (dicit Dominus populo Israel) ne derelinquas Levitem in omni tempore, quo versaris in terra. Ibid. v. 19. c. 10. & 9

Cave, ne derelinquas eum (Levitem qui intra portas tuas est) quia non habet aliam partem in possessione tua. Ibid. 14. 27. c. 18. 1

Tolles (dicit Dominus Levitis) de cunctis frugibus tuis primitias, & pones in cartallo, persequere ad locum, quem Dominus Deus tuus elegerit, ut ibi invocetur nomen ejus. Ibid. dem 26. 2

Tribui autem Levi non dedit possessionem, sed sacrificia & victimas Domini Dei Israel, ipsa est ejus hereditas, sicut locutus est illi. Josue 13. 14. Tribui autem Levi non dedit possessionem: quoniam Dominus Deus Israel ipse est possessio ejus, ut locutus est illi. Ib. v. 35. c. 18. 7. fere idem habetur.

Levi.

Levitis assignantur civitates: quadraginta octo cum suburbaniis, & completa Dei promissione requiritur datur filiis Israel. Ibid. 21.

Et statuemus (dicens qui factus Dominus inivum servorum) super nos præcepta, ut demus tertiam partem scli per annum ad opus domus Dei nostri, ad panes propositionis, & ad sacrificium sempiternum, & in holocaustum sempiternum in Sabbatis, &c. 2. Esdr. 10. 32. Et primitias ciborum nostrorum, & libaminum nostrorum, & poma omnis ligni, vindemiarum quo-que, & olei assuemus sacerdotibus in gazophylacium Dei nostri, & decimam partem terræ nostræ Levitis. Ipsi Levitæ decimas accipient ex omnibus civitatibus operum nostrorum. Ibid. v. 37. c. 13. 10

Divisa terra sancta in duodecim tribus, ubi sunt primitia, & sanctuarium, locus sacerdotum & Levitarum, mansera civitates in quibus cum suburbaniis, possessio principis etc. Exech. 48

In omni virtute tua dilige eum qui te fecit: & ministros ejus ne derelinquas. Honora Deum ex tota anima tua, & honorifica Sacerdotes, &c. Eccl. 7. 32

Tribum Levi noli numerare, neque pones summam eorum cum filiis Israel: sed constitue eos super tabernaculum testimonii, & cuncta vasa ejus, & quidquid ad caeremonias pertinet. Ipsi portabunt tabernaculum, & omnia utensilia ejus: & erunt in ministerio, ac per gyrum tabernaculi metabuntur. Num. 1. 49

Levitæ in tabernaculo ministerium assumpti numerantur cum suis principibus ac ministris, & loco primogenitorum Israel suscipiuntur, reliqua primogenita numerum Levitarum excedentia perlo redimuntur. Ibid. 3

Locutusque est Dominus ad Moysen & Aaron, dicens: Tolle summam filiorum Gaath de medio Levitarum per domos & familias suas, a trigésimo anno & supra, usque ad quinquagesimum annum, omnium qui ingrediuntur, ut stent, & ministrent in tabernaculo foederis. Ibid. 4. 1

Constituitur & locerantur situs ac forma, adque & consecratio Levitarum. Ib. 8. Josue 3. 6

Dixitque Dominus ad Aaron — Sed & fratres tuos de tribu Levi, & sceptrum patris tui sine tecum, præloque sint, & ministrent tibi: Tu autem & filii tui ministrabitis in tabernaculo testimonii. Ibid. 18. 1. Solis filiis Levi mihi in tabernaculo servientibus & portantibus peccata populi: legitimum sempiternum erit in generationibus vestris. Nihil aliud possidebunt, decimarum oblatione contenti, quas in usus eorum & necessaria separavi. Ib. v. 23

Dixitque Dominus ad Aaron: Vinum & omne quod inebriat potest, non bibetis tu & filii tui, quando intrabitis in tabernaculum testimonii, ne moriamini: quia præceptum est in generationes. Lev. 10. 8. Deut. 10. 8. Jos. 3. 6

Constituta filiorum Levi, & quos ex eis constituit David cantores ac ministros in domo Domini &c. 2. Paral. c. 5

In Jerusalem quæque constituit Josaphat Levitas, & sacerdotes & principes familiarium ex Israel, ut iudicium & causam Domini iudicarent habitatoribus ejus. 2. Paral. 19. 8

Erunt in sanctuario meo aditus, & janitores portarum domus & ministri domus: ipsi manebant holocausta, & victimas populi: & ipsi stabunt in conspectu eorum, ut ministrent eis. Exech. 44. 12

Levitæ assumpti sibi in ministerium Deo pro primogenitis Israelis.

Go tolli Levitas a filiis Israel pro omni primogenito, qui aperit vulvam in filiis Israel, & eruntque Levitæ mei. Num. 7. 12. Et ait Dominus ad Moysen: Numeri primogenitos sexus masculini de filiis Israel ab uno mense & supra, & habebis summam eorum. Tollent Levitæ mihi pro omni primogenito filiorum Israel, ego sum Dominus: & pecora eorum pro universis primogenitis pecorum filiorum Israel. Ib. v. 40. Idem c. 8. 6. habetur.

Levitæ qui sunt peccatorum erunt vituli.

Omnino tempore quo leprosus est, & immundus, solus habitabit extra castra. Lev. 13. 46

Præcipe (ait Dominus Moysi) filiis Israel, ut efficiant de castris omnem leprosum, & qui sempe fluit, pollutusque est super mortuo. Num. 5. 2

Percaussit autem Dominus regem (Achaziam) & fuit leprosus usque in diem mortis suae, & habitabat in domo libera seorsum: Joathan vero filius Regis gubernabat palatium, &c. 4. Reg. 15. 5

TITULVS IX. **L**EX PRIMA & PRÆCEPTUM PRIMUM DATUR.

Praeceptumque ei (Adam Dominus) dicens: Ex omni ligno paradisi comede: de ligno autem scientia boni & mali ne comedas. Gen. 2. 16. Vide & Cap. 2. 1

Sacerdotes autem & Levitæ, qui erant in universo Israel, venerunt ad eum de cunctis sedibus suis (scilicet ad Jerusalem). Relinquentes suburbana, & possessiones suas, transierunt ad Judam & Jerusalem: eo quod abjecisset eos Ieroboam, & posteri ejus, ne sacerdotio Dominiingerentur.

Levitæ expelluntur ex Israel.

Lex prima & præceptum primum datur.

Praeceptumque ei (Adam Dominus) dicens: Ex omni ligno paradisi comede: de ligno autem scientia boni & mali ne comedas. Gen. 2. 16. Vide & Cap. 2. 1

Levi.

Dixit autem Serpens ad mulierem: Nequaquam morte moriemini, &c. Gen. 3. 4. Vidit igitur mulier, quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulcrum oculis: spectuque delectabile: & tulit de fructu illius, & comedit: deditque viro suo, qui comedit, &c. Ib. v. 6.

Moyses decalogum à Domino auditus terrore populo narrat: & terrerum, ac lapideum de insulis lapideis altare fieri jubet, ad quod non sit per gradus ascendendum. Exod. 26. Præceptum decalogi repetitio & explanatio, & de timore filiorum Israeli cum Dei vocem audissent, & mentem ardere viderent. Deut. 5.

Deditque Dominus Moyse completis iulicemodi sermonibus in monte Synai (scilicet de diei Sabbati observatione, &c.) duas tabulas testimonii lapideas, scriptas digito Dei. Exod. 31. 18.

Hec verba locutus est Dominus ad omnem multitudinem vestram in monte, de medio ignis & nubis & caliginis, voce magna, (scilicet præceptorum decalogi repetitio & explanatio) nihil addens amplius: & scripsit ea in duabus tabulis lapideis, quas tradidit mihi (Moyse). Deut. 5. 22. Vide & c. 9. 10.

O vitulum adoratam Moyses diu precatur, tabulas frangit, vitulum comburit, & Aaren oburgat idololatras occidi jubet, ceteris veniam imperat. Exod. 32. (Sicut ad hoc illorum idololatram). Cumque de monte ardente descenderem, & duas tabulas fœderis utraque tenerem manu, vidiſſemque (ait Moyses) vos peccasse Domino Deo vestro, & fecisse vobis vitulum constabilem, ac deseruisse velociter viam ejus: quam vobis ostendat: proſeci tabulas de manibus meis, contrefregi eas in conspectu vestro. Deut. 9. 15.

Dixitque Dominus ad Moysen: Scribe tibi verba hæc, quibus & tecum & cum Israele pigri fœdas. Fuit ergo ibi cum Domino 40. dies & 40. noctes: panem non comedit, & aquam non bibit, & scripsit in tabulis verba fœderis decem. Exod. 34. 27. In tempore illo dixit Dominus ad me (Moysen) Dola tibi duas tabulas lapideas, sicut priores fuerunt, & ascende ad me in montem: facielque arcam ligneam, & scribam in tabulis verba, quæ fuerunt in his, quas ante contrefegisti, poneque eas in arca. Feci igitur arcam de lignis Setim. Deut. 10. 1. Exod. 34. 2.

Scimus autem, quoniam quæcumque lex loquitur iis, qui in lege sunt, loquitur ut omne os obstruat, & sublitus fiat omnis mundus Deo: quia ex operibus legis non justificabitur omnis caro coram illo. Rom. 3. 19.

Lex enim iram operatur. Ubi enim non est lex, nec prævaricatio. Ibid. 4. 15. Lex autem subintravit, ut abundaret delictum. Ubi autem abundavit delictum, superabundavit gratia. Ut sicut regnavit peccatum in mortem: ita & gratia regnet per justitiam in vitam æternam &c. Ibid. 5. 20.

Am ignoratis fratres (scientibus enim legem loquor) quia lex in homine dominatur quanto tempore vivit? Ibid. 7. 1. Quid ergo dicimus? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognovimus nisi per legem: nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret: Non concupisces. Occasione autem accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Sine lege enim omne peccatum mortuum erat, &c. Ibid. v. 7.

Quid igitur lex? Propter transgressiones posita est, donec veniret semen, cui promiserat, ordinata per Angelos in manus mediatoris. Galat. 3. 19.

Scimus autem quia bona est lex, si quis ea legitime utatur: sciens hoc, quia lex iusto non est posita, sed iniustus & non sublitus, impius & peccatoribus, seeleratis & contaminatis. Sec. 1. Tim. 1. 8.

Reprobato quidem sit præcedentis mandati (sc. in lege) propter infirmitatem ejus & inutilitatem. Nihil enim ad perfectum adduxit lex, & introductio vero melioris spei per quam proximam ad Deum. Heb. 7. 18.

Noe vir iustus atque perfectus fuit in generationibus suis, cum Deo ambulavit. Gen. 6. 9. Vide & Eccli. 44. 17. Vide & de Henoch idem dicitur: Ambulavit cum Deo. Gen. 5. 22. item Eccli. 44. 15.

Dicitur Deo ad Abraham: Ambula coram me, & esto perfectus. Ibid. 17. 1. Mandatum hoc, quod ego præcipio tili ---, non supra te est: id est supra vires tuas, &c. verbum quod iusserat Dominus Moyse. Josue 11. 15. Servus meus David qui custodivit mandata mea, & secutus est me in toto corde suo, 3. Reg. 14. 8.

Stetitque rex Josias super gradum: & lætus percussit coram Domino, ut ambularent post Dominum, & custodirent præcepta ejus, & caeremonias, in omni corde, & in tota anima, &c. 4. Reg. 23. 3.

Similis illi non fuit ante eum rex, qui reverteretur ad Dominum in omni corde suo & in tota anima sua, & in universa virtute sua, iuxta omnem legem Moyse. Ibid. v. 25. Vide similitudo de Aza. 2. Paral. 15. 12.

Custodivi vias Domini: nec impie gessi a Deo meo &c. Psal. 17. 22. Da mihi (Deus) intellectum, & scrutabor legem tuam, & custodiam illam in toto corde meo. Job. 23. 12. Vide hæc totum Psalmum, & præcipue. Viam mandatorum tuorum cucurri. v. 32.

Et Spiritum meum ponam in medio vestri: & faciam ut in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis, & operemini. Eccli. 36. 27. Vide Rom. 8. 4. Tir. 3. 8.

Estote ergo vos perfecti, sicut & Pater vester cælestis perfectus est. Matr. 5. 48.

Fiat voluntas tua, sicut in celo & in terra. Ibid. 6. 10.

Jugum enim meum suave est, & onus meum leve. Ibid. 11. 30.

Si autem vis ad vitam ingredi, serva mandata. Ibid. 19. 17.

Zacharias & Elisabeth Erant autem iusti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & justificationibus Domini sine querela. Luc. 1. 6.

Si præcepta mea servaveritis, manebitis in dilectione mea. &c. Joan. 15. 10. Vide & v. 14. immo totum cap.

Et sermonem tuum servaverunt. Ibid. 17. 6.

David vir secundum cor Dei, factus omnes voluntates ejus. Act. 13. 22.

Nihil ergo nunc damnationis est iis, qui sunt in Christo Jesu, qui non secundum carnem ambulavit. Rom. 8. 1. Vide & Rom. 6. 18. & 10.

Christus pro nobis passus est, ut impletur in, & a nobis, justificatio legis; qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Vide totum Caput, quod quam maxime congrue nostra sententia, quod divina gratia iusti & perfecti esse possimus. Ibid. v. 3. & 4.

Qui enim diligit proximum, legem implevit. Rom. 13. 8.

Dei elegit nos in Christo, ut essemus sancti & immaculati. &c. Ephes. 1. 4.

Quicumque ergo ut vocacione Dei in Christo Jesu perfecti sumus. &c. Philip. 3. 15.

Omnia posuim in eo, qui me confortat. Phil. 4. 13.

Christus factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis æternæ (sed si nullus lege impleta fuerit, nullus erit obediens &c.) Heb. 5. 9.

Fructus enim lucis est in omni bonitate, & iustitia, & veritate. Ephes. 5. 9.

Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia ejus. Qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus. 1. Petr. 2. 21. Vide totum Caput.

In omni opere bono fructificantes. Coloss. 1. 10. Vide & Gal. 5. 22.

Et omnis, qui habet hanc spem in eo, sanctificat se, sicut & ille sanctus est. 1. Joan. 3. 9.

Omnis, qui in eo manet, non peccat. &c. Ibid. v. 6. Vide totum Caput præcipue. Omnis, qui natus est ex Deo, peccatum non facit, &c. v. 9.

Hæc est enim caritas Dei, ut mandata ejus custodiamus: & mandata ejus gravia non sunt. Ibid. 5. 3.

Et in hoc scimus, quoniam cognovimus eum, si mandata ejus obſervemus. Qui dicit se non se carum, & mandata ejus non custodit, mendax est, &c. Qui autem servat verbum ejus, verum est in hoc caritas Dei perfecta est: & in hoc scimus, quoniam in ipso sumus. Qui dicit se in ipso manere, debet, sicut ille ambulavit, & ipse ambulare. &c. 1o. 2o. 3o. per totum.

Fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod poteritis. 1. Cor. 10. 13.

Legem Dei sine gratia & spiritu divino non possumus implere.

Quis det talem eo habere mentem (ait Dominus ad Moysen) ut timeant me, & custodiant universa mandata mea in omni tempore, ut bene sit eis, & filiis eorum in sempiternum. Deut. 5. 9.

Nam & testimonium tuum meditatio mea est: & consilium meum justificationes tuæ. Psal. 118. 24.

Jesus ait ei (principi petenti quid faceret, ut vitam æternam possideret): Adhuc animum tibi deest: emittis quæcumque habes vende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in exlo: & veni, sequere me. Luc. 18. 22.

Nunc ergo quid tentatis Deum, imponere jugum super cervices discipulorum quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus? sed per gratiam Domini Jesu Christi credimus salvari, quemadmodum & illi. Act. 15. 10.

Lex enim spiritus vite in Christo Jesu liberavit me a lege peccati & mortis. Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem: Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnavit peccatum in carne, ut justificatio legis impleatur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Rom. 8. 2.

Christus venit ut legem impleret.

Non vult putare (ait Jesus discipulis suis) quoniam veni solvere legem, aut Prophetas: non veni solvere, sed adimplere. *Matt. 5. 17.*

Legis Ceremonia abbreviatur per Christum.

Moses enim Propheta; & lex, usque ad Joannem prophetaverunt. *Matt. 11. 13.* Lex & Propheta, usque ad Joannem: ex eo regnum Dei evangelizatur, & omnis in illud vim facit. *Luc. 16. 16.*

Et velum templi scissum est in duo, a summo usque deorsum. *Matt. 27. 51.* Notum igitur vobis viri fratres, quia per hunc (Christum) vobis remissio peccatorum annuntiat: & ab omnibus, quibus non potuistis in lege Moysi iustificari. *Act. 13. 38. & 15. 11.* Peccatum enim vobis non dominabitur: non enim sub lege estis, sed sub gratia. *Rom. 6. 14.*

Itaque fratres mei, & vos mortificati estis legi per corpus Christi: ut sitis alterius, quibus mortuis resurrexistis, ut fructificemus Deo. *Rom. 7. 4. Cap. 8. 3.*

Christus nos redimet de maledicto legis, factus pro nobis maledictum; quia scriptum est: Maledictus omnis qui pendet in ligno: ut in gentibus benedictio Abraham fieret in Christo Jesu, ut pollicitationem Spiritus accipiamus per fidem. *Gal. 3. 13. Capit. 4. 5. 1. Pet. 1. 11. 18.*

Nunc autem in Christo Jesu, vos qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi. *Ephes. 2. 10.*

Et vos cum mortui effectis in delictis & praeputio carnis vestrae, conviviscavistis cum illo, donans vobis omnia delicta: delens quod adversus nos erat Chryso-graphum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci: & expolians principatus & potestates, traduxit confidenter, palam triumphans illos in semetipso. *Coloss. 2. 13.*

Lex legitur.

Cepitque Moyses explanare legem, & dicere: Dominus Deus noster locutus est ad nos in Horeb, dicens: Sufficit vobis; quod in hoc monte mansisti: (legitur Israel in deserto capta ante Rubrum.) *Deut. 1. 5.*

Scripta itaque Moyses legem hanc, & tradidit eam sacerdotibus filiis Levi, qui portabant Arcam foederis Domini, & cunctis senioribus Israel. *Levit. 24. 9.* Conventibus cunctis ex Israel, ut apparerent in conspectu Domini Dei tui, in loco quem elegerit Dominus, leges verba legis hujus coram omni Israel, audientibus eis. *Levit. 24. 11. Iosue Cap. 8. 35.*

Ascenditque Rex (Sobus) templum Domini, & omnes viri Juda, universique qui habitabant in Jerusalem cum eo sacerdotes & Prophetae, & omnis populus a parvulo usque ad magnum; legitque cunctis audientibus omnia verba libri foederis, qui inventus est in Domo Domini. *4. Reg. 23. 2.*

Et legerunt in libro legis Dei districte & aperte ad intelligendum: & intellexerunt, cum legeretur. *2. Esdr. 8. 8.*

Ex consulerunt ad standum (omne semine filiarum Israel): & legerant in volumine legis Domini Dei sui, quater in die, & quater confitebantur, & adorabant Dominum Deum suum. *ibid. 9. 3.*

Lex nova Christianorum consistit primum in caritate.

Go autem dico vobis: Diligite inimicos vestros, benefecite his qui oderunt vos; & orate pro persequentibus & calumniantibus vos: ut sitis filii patris vestri, qui in caelis est: qui solem suum dari facit super bonos & malos, & sic adimplebitis legem Christi. *Matt. 5. 44.*

Omnia ergo quaecumque vultis, ut faciant vobis homines, & vos facite illis. Hac est enim lex, & Propheta. *ibid. 7. 12.*

Miseret, quod est mandatum magnum in lege? (legi doctor tentans eum interrogavit Jesus) Ait illi Jesus: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc est maximum & primum mandatum. Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis universa lex pendet, & Propheta. *ibid. 22. 36.*

Mandatum novum do vobis. Ut diligatis invicem &c. In hoc cognoscet omnes, quia dilecti mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem. *Joan. 13. 34.*

Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio. *Rom. 13. 10.*

Omnis enim lex in uno sermone impletur: Diliges proximum tuum in utrumque sicut teipsum. *Galat. 5. 14.*

Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. *ibid. 6. 2.*

Finis autem praecepti est caritas de corde puro, & conscientia bona, & sine non ficta. *1. Tim. 1. 5.*

Lex non est in caritate. *ibid. 1. 8.*

Alex non facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti. *Exod. 32. 31.*

Deleantur

Deleantur de libro viventium: & cum iustis non scribantur. *1. Esdr. 68. 29.* Etiam rogo & te germane compar, adjuva illas, quae mecum laboraverunt in Evangelio cum Clemente, & ceteris adjutoribus meis quorum nomina sunt in Libro vitae. *Philipp. 4. 3.*

Qui vicere, sic vestietur vestimentis albis, & non delebo nomen ejus de Libro vitae, & confortabor nomen ejus coram Patre meo, & coram Angelis ejus. *Apoc. 3. 5.*

Et vidi mortuos, magnos & pusillos, stantes in conspectu throni, & libri aperti sunt: & alius Liber apertus est qui est vitae, & iudicati sunt mortui ex his, quae scripta erant in libris, secundum opera ipsorum. *ibid. 20. 12.*

Non intrabit in eam (civitatem caelestem) aliquod conquinatum, aut abominationem faciens & mendacium, nisi qui scripti sunt in libro vitae Agni. *ib. 21. 27.*

TITULUS XI.

Liberalitas. Vide Misericordiam.

Rethera filio David, & valde liberaliter respondit famulo Abrahae, dicens: Bibe Domine mihi. *Gen. 24. 18.*

Liberaliter egit Moyses descendendo filius Jethro a pastoribus, qui eam adhaerere peccata non faciebant. *Exod. 2. 17.*

Fili Israel merito praemissis atque devota obtulerunt ad faciendum opus tabernaculi, & quicquid ad cultum & vestes sanctas erat necessarium. *ibid. 36. 2. 4. Equivari videtur.* Unde Artifices venire compulsi, dixerunt Moysi: Plus offert populus, quam necessarium est. *v. 4.*

Obtenta victoria de Amalecitis, David misit dona de praeda senioribus Juda, proximis suis, dicens: Accipite benedictionem Deo. *1. Reg. 30. 26.*

Praecepit David, ut Michuseth consideret pacem in mensa sua semper, & retam domum Saul dedit ei. *2. Reg. 9. 10. &c.*

Fugientem David a facie Absalon, Sobai & Machir & Berzellai obtulerunt ei -- multum exercitum necessaria, frumentum, & hordeum, & farinam &c. *ibid. 17. 27.*

Berzellai assistit David, quando fugiebat filium suum Absalon, & obtenta victoria David retinuit filium illum de familia sua. *ibid. 19. 34.*

Regina Saba multa obtulit Salomoni, & Salomon dedit omnia, quae petiit, exceptis his, quae ultra obtulit illi munere regio. *3. Reg. 10. 10. &c.*

Quidam boni viri de Israel captivos Judaeos sustinuerunt, & illos, qui ambulare non poterant, impo-

suerunt humeris, & dixerunt ad fratres suos: *1. Paral. 18. 13.*

Reg quoque Cyrus protulit vasa templi Domini, quae tulerat Nabuchodonosor. Et remisit ea in Jerusalem. Fuerunt autem omnia vasa aurea & argentea quinque milia quadringenta. *1. Esdr. 1. 7.*

Revertentes de Babylone filii Juda, sponte obtulerunt, secundum vires suas, in Donum Dei ad extruendam eam in loco sancto. *1. Esdr. 2. 68. &c.*

Praecepit rex Darius, ut edificaretur in Jerusalem domus Dei, & darentur sumptus de arca regia, licet quicquam amali opus impetire per litteras laborarent. *1. Esdr. 6. 3. &c.*

Rex Artaxerxes liberaliter se habuit ad Nehemiam revertentem in Judaeam, & dedit ei Epistolam, quae petebat, usque ad 2. Esdr. 2. 7. 10.

Nehemias valde liberaliter legatus, qui populum annona & exactionibus non gravaret, & hi ad quos venis, proxima dona fecit. *2. Esdr. 3. 10. & 13.*

Tobias omnia, quae habere poterat, quotidie conceperis fratribus, qui erant ex ejus genere, imperari fluctat, surientes alabat, modeste eschimeata probabat. *Tob. 1. 3.*

Regem exadit Tobias juniori Saram, & dimittit partem omnium subit inter lux &c. *ibid. 10. 10.*

Tobias junior & senex multum fuerunt erari Raphaeli, quem hominem putabant, & valde bene recognoverunt beneficia ab eo recepta. Et praeparavit pater & filius similitam partem omnium quae habebant, illi liberaliter obtulerunt. *ibid. 11. 9.*

Rex Assuerus iussit convivium praeparari permagnificum -- pro conjunctione & nuptiis Esther. Et dedit requiem universis Provinciis, ac dona largitus est juxta magnificentiam principalem. *Esther. 1. 18.*

Videns rex Assuerus reginam Esther, dixit ei: Quid vis Esther Regina? quae est petitio tua? etiam si similitam partem regni petieris, dabitur tibi. *ib. 5. 3.*

Quibus rex, quantum honoris ac praemii consecutus esset Mardochaeus pro fide, quam erga ipsum servasset, & cum intelligeret eum nihil accepisse mercedis, fecit eum magnifices honorari. *ibid. 6. 3. &c.*

Ita ut Seleucus rex Asia de redditibus suis praestaret omnes sumptus ad ministerium facinorosorum pertinentes. *2. Mark. 3. 3.*

Pater in Optis solem suum orti facit super bonos, & malos: & pluit super iustos & iniustos. *Matt. 4. 45.*

Magnificus & largus remunerator Dominus est, qui veltigentibus propter se temporalia bona, reddidit sempiternum in hoc saeculo, & vitam aeternam in futuro. *ibid. 19. 29.*

Boni.

Benignitatem suam & liberalitatem dignatus est Christus ostendere, quando vocatis ad pauperes sup-
elax vult, & ibidem aquam in vinum convertit, ut exhalaret pauperes ascendentes. *Joan. 4. 1. & c.*
Discipuli, audientes de fame in universa regione, proposuerunt singuli, prout quis habebat, in
ministerium mittere habitantibus in Juda fratribus: quod & fecerunt. *Mat. 21. 29.*

TITULUS XII

Libertorum eruditio. Vide & Tit. filii & filia.

Audient Jacob somnia filii sui Joseph, increpavit eum, ne contra se fratrum suorum invivam fa-
scitaret. *Gen. 37. 10*
Negligentiam filiorum suorum arguebat Jacob, audiens — quod alimenta venderentur in Egypto.
Ibid. 42. 1

Præcepit Dominus per Moysen ut filii Israel docerent filios suos ea, qua ipsi viderant. *Deut. 4. 9*
Contumax filius & protervus, & parentum imperio obedire contemnens, præcipitur a Moysè per popu-
lum lapidari. *Ibid. 21. 18*

Heli sacerdos male corripuit filios suos, & ideo tam ipse quam illi graviter sunt a Deo puniti. *1. Reg. 2. 22. Vide Cap. 4. 11. & c.*

Appropinquans ad mortem David, diligenter & pulcherrime instruxit Salomoseum filium suum, post se regnaturum. *1. Paral. 28. 9*

Tobias filium suum ab infantia timere Deum docuit, & abstinere ab omni peccato. *Tob. 1. 10*
Idem Tobias, cum scilicet crederet mortuum, pie & pulcherrime inno salubriter instruxit omnium suum
filium. *Ibid. c. 4. Vide per totum Caput & Cap. 5. præcipue etiam Capite 14. v. 5. seq. ubi instante
morte filium, & nepotes similiter piissime instruxit.*

Parentes Sara uxoris junioris Tobia animaverunt filium suum cum piissima instructione. *Ibid. c. 10. Monen-
tes iam honorare fecerunt, diligere maritum, regere familiam, & gubernare domum, & seip-
sam irreprehensibilem exhibere. Ibid. v. 13*

Magnam sollicitudinem gerebat Job de liberis suis, sanctificans illos, & offerens singulis diebus holocausta,
ne forte peccassent. *Job. 1. 5*

Parentes enim illius (Suzanna), cum essent iusti, erudierunt filiam suam secundum legem
Moysi. *Dan. 13. 3*

Cum appropinquaret dies Mathathia motiendi, filios suos salubriter, piissime, & pulcherrime
instruxit, & contra impios animavit. *1. Mach. 2. 49*

Supra modum autem mater mirabilis, & bonorum memoria digna, quæ patienter & peren-
ter septem suos filios sub unius diei tempore conspiciens — singulos illos hortabatur voce
patris & pia fortiter, repleta sapientia, & semine cogitationi masculinum animum inferens.
2. Mach. 7. 20. Vide vestros sequentes.

TITULUS XIII

Libertum arbitrium.

Libertum arbitrium etiam post lapsus in homines remanet.

Quare iratus es? & cur concidit facies tua? Nonne si bene egeris, recipies: si autem ma-
le, statim in foribus peccatum tuum aderit: sed sub te erit appetitus ejus, & tu domi-
naberis illius. *Gen. 4. 6*

Testes invoco hodie caelum & terram, quod proposuimus vobis vitam & mortem, benedi-
ctionem & maledictionem. Elige ergo vitam, ut & tu vivas, & semen tuum: & diligas Do-
minum Deum tuum, atque obedias voci ejus, & c. *Deut. 30. 19*

Nunc ergo timete Dominum, & servite ei perfecte corde atque verissimo: (loquuntur Jusu
Israeliti) & auferite Deos, quibus servierunt patres vestri in Mesopotamia & in Egypto, ac
servite Domino. Sin autem malum vobis videtur, ut Domino serviatis, optio vobis datur:
eligite hodie quod placet, cui servite potissimum debeatis, utrum Diis quibus servierunt pa-
tres vestri in Mesopotamia, an Diis Amorrhæorum, in quorum terra habitatis, ego autem &
domus mea serviemus Domino, & c. *Joel. 24. 12.* Dixitque populus ad Josue: Domino Deo no-
stro serviemus, & obedientes erimus præceptis ejus: quia testes vos estis, quod ipse eligentis Do-
minum, cui serviatis. *Ibid. v. 24. & c.*

Non fedi cum concilio vanitatis: & cum iniqua gerentibus non introibo. Odivi Ecclesiam
malignantium; & cum impiis non sedabo. Lavabo inter innocentes manus meas, & circum-
dabo altare tuum Domine & c. *Psal. 25. 4.* Ego autem in innocentia mea ingressus sum: redi-
me me, & miserere mei. *Ibid. v. 11*

Mitte illam de caelis (scilicet sapientiam) sanctis tuis, & a sede magnitudinis tue, ut
mecum sit, & mecum laboret, ut sciam, quid acceptum sit apud te, & c. *Sup. 6. 10*

Ante hominem vita & mors, bonum & malum: quod placherit ei, dabitur illi. *Ecclesi. 15.
18. Vide & Jerem. 21. 8*

Qui probatus est in illo, & perfectus est, erit illi gloria aeterna: qui potuit transgredi, &
non est transgressus: facere mala, & non fecit. *Ecclesi. 31. 10.*

Dei enim sumus adiutores, Dei agricultura estis. *1. Cor. 3. 9.*
Nam qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem habens
suz voluntatis, & hoc judicavit in corde suo servare virginem suam, bene facit. *Ibid. 7. 37.*

Jerem. 8. 3.
Vade, & loquere ad David (Dixit Deus ad Gad Prophetam) Hæc dicit Dominus: Trum-
phasti datur optio, elige unum quod volueris ex his, ut faciam tibi. *2. Reg. 24. 12.* Aut se-
ipsum annis veniet tibi fames in terra tua: aut tribus mensibus lugus adversarius tuos, & il-
li te persequerunt: aut certe tribus diebus erit pestilentia in terra tua, (& postem triiduanam
legit.) *Ibid. v. 13.*

Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis. Quod si nolueritis, & me ad ira-
cundiam provocaveritis, gladius devorabit vos, quia os Domini locutum est. *Ista. 1. 19.*
Convertimini ad me, & salvi eritis omnes fines terræ; quia ego Deus, & non est alius. *Ibid. 45. 22.*

Reveruntque (Judæi) malum in oculis meis, & quæ nolui, elegerunt. *Ibid. 66. 4.*
Tu reliquisti me (Jerusalem) dicit Dominus, retrorsum abiisti: & extendam manum meam
super te, & interficiam te: & c. *Jerem. 15. 6.* Si converteris, convertam te, & ante faciem
meam stabis: si separaveris pretiosum a vili, quasi os meum eris: convertentur ipsi ad te,
& tu non converteris ad eos. *Ibid. v. 19.*

Convertimini ad me, ait Dominus — & convertat ad vos. *Eccl. 1. 3.*
Si autem impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, & custo-
dierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & justitiam, vita vobis, & non moritur:
Omnia iniquitatum ejus, quas operatus est, non recordabor: in iudicia sua quam operatus
est, vivet. *Ezech. 18. 11.* Convertimini & agite penitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris:
& non erit vobis in ruinam iniquitas. *Ibid. v. 30.*

Agitur de voto & iuramento, & quando pullarum & uxorum vota seu iuramenta rata sint vel ita
vira. *Nam. 30.*

In arbitrio viri est, ut faciat, sive non faciat. *Ibid. 30. 14.*

Post concupiscentias tuas non eas, & voluntate tua avertere. *Ecclesi. 18. 30.*

Ece locuta es, & fecisti mala, & potuisti. *Jerem. 3. 21*

Substituta terra Israel: tantummodo in me auxilium tuum. *Osee 13. 9.*

Perfinitia enim tua dulcedinem tuam, quam in filios habes, ostendebat: & deservieris
uniusquisque voluntati, ad quod gustare volebat, convertebatur. *Sap. 16. 21.*

Voluntarie sacrificabo tibi: & confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum est. *Psal. 58. 8.*

Hodie si vocem ejus audieris, nolite obdurare cora vestra. *Psal. 94. 8. Hebr. 3. 7. & 4. 7.*

Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite. *Psal. 93. 8.*

Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.
Matth. 16. 24.

Si vis ad vitam ingredi, serva mandata (ait Christus ad illum, qui petiit, quid faceret, ut
vitam aeternam haberet.) *Ibid. 19. 17.*

Jerusalem, Jerusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties
vultis congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & nolu-
isti? *Ibid. 24. 37.*

Semper enim pauperes habebis vobiscum: & cum volueritis, potestis illis benefacere. *Marc. 14. 7.*

Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri his, qui credunt in
nomine ejus, & c. *Joan. 1. 12.*

Et dixit illi evo Jesu: Quid tibi vis faciam? At ille dixit: Domine, ut videam. Et Jesus
dixit illi: Respice, fides tua te salvum fecit. *Luc. 18. 41. & Cap. 12. 47.*

Et dedit illi tempus, ut penitentiam ageret: & non vult penitere a fornicatione sua. *Apos. 2. 21.*

Ece sto ad ostium & pullo: si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi januam, in-
trabo ad illum, & cenabo cum illo, & ipse mecum, & c. *Ibid. 3. 20.*

Quid enim opero, non intelligo, non enim quod volo bonum, hoc ago: sed quod odi
malum, illud facio. *Rom. 7. 15.* Nam velle adjacet mihi: perficere autem bonum, non inveni-
o. *Ibid. v. 18.*

Nihil vinci a malo, sed vince in bono malum. *Ibid. 12. 11.*

Et consilium in hoc do: hoc enim vobis utile est (ait Corinthiis) qui non solum facere, sed
& velle cepistis ab anno prior: nunc vero, & facto perficite: ut quemadmodum promptus
est animus voluntatis, ita sit & perficiendi ex eo, quod habetis. *2. Cor. 8. 10.*

Vocavi, & renuistis, extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret. *1. Thim. 1. 24.*

Libertum arbitrium cooperatur gratia Dei.

Ait autem Samuel ad universam domum Israel, dicens: Si in toto corde vestro revertimini
ad Dominum, auferite Deos alienos de medio vestri, Baalim & Astaroth: & præpa-
rate corda vestra Domino, & servite ei soli, & eruet vos de manu Philistinum. *1. Rom. 7. 3.*
Fecit

Fecit autem malum (Jerobam) & non preparavit cor suum, ut quæretet Dominum, &c. *2. Par. 13. 14.*
Cognoscetur Dominus, judicium faciens: in operibus manuum suarum comprehensus est peccator. *Psal. 9. 17.*

Et dixi: Ergo sine causa justificavi cor meum: & lavi inter innocentes manus meas. *Job. 7. 13.*
Hominis est animam preparare: & Domini gubernare linguam. *Prov. 16. 1.* Abominatio Domini est omnis arrogans: etiam si manus ad manum fuerit, non est innocens. *Ibid. v. 5.*
Cor hominis disponit viam suam: sed Domini est dirigere gressus ejus. *Ibid. v. 9.*
Qui timent Dominum, preparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas. *Ecc. 2. 29.* Qui timent Dominum, custodiunt mandata illius, & patientiam habebunt usque ad inspectionem illius, dicentes: Si penitentiam non egerimus, incidimus in manus Domini, & non in manus hominum. *Ibid. v. 27.*

Levanti, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis: quiescite agere perverse, disicite benefacere: quærite iudicium, subvenite oppresso, iudicate pupillo descendite viduum. Et venite, & arguite me dicit Dominus: si fuerint peccata vestra ut coccinum, quasi nix dealbabitur: & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt. *Isa. 1. 16.*

Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite in solitudine semitas Dei. *Matth. 3. 3.* Idem habetur *Matth. 3. 3.* verbatim. *Joan. 1. 23.* *Matth. 3. 3.* Idem *Luc. 3. 4.*

Mementote illud, & confundimini: redite prædicatores ad cor. *Ibid. 46. 8.*
Quærite Dominum, dum inveniri potest: invocate eum, dum prope est: Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & revertatur ad Dominum, & miserebitur eius, & ad Deum vestrum: quoniam multe est ad ignoscendum. *Is. 55. 6.* *Ier. 4. 3.*

Vades, & clama sermones istos contra Aquilonem, & dices: Revertere avertaris Israel, ait Dominus, & non avertam faciem meam a vobis: quia sanctus ego sum, dicit Dominus, & non irascar in perpetuum. *Jer. 3. 13.* Convertimini filii reverentes, & sanabo avertiones vestras. Ecce nos venimus ad te: tu enim es Dominus Deus noster. *ib. v. 22.*
Lava a malitia cor tuum Jerusalem ut salva sis: usquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ? *Ibid. 4. 12.*

Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Bonas facite vias vestras, & studia vestra: habitabo vobiscum in loco isto. *Ibid. 7. 3.*

Si penitentiam egerit gens illa a malo suo suo quod locutus sum adversus eam: iam & ego penitentiam super malo, quod cogitavi, ut facerem ei. *Ibid. 18. 3.* *c. 23. 5.* & ad eum se- re habetur *Is. 56. 12.* *c. 32. 15.*

Si autem impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iustitiam: vita vivet, & non morietur. Omnium iniquitatum ejus quas operatus est, non recordabor: in iustitia sua, quam operatus est, vivet. *Ezech. 18. 21.* Et cum avertit se impius ab impietate sua quam operatus est, & fecerit iudicium & iustitiam: ipse animam suam vivificabit. *ib. v. 27.* & 28. &c. Convertimini, & agite penitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, & non erit vobis in ruinam iniquitas. Projicite a vobis omnes prævaricationes vestras, & non erit vobis in ruinam iniquitas: & agite penitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, & non erit vobis in ruinam iniquitas. Projicite a vobis omnes prævaricationes vestras, & non erit vobis in ruinam iniquitas. Projicite a vobis cor novum & spiritum novum: & quare moriemini domus Israel? *Ibid. v. 30.*

Si autem dixerit impio: Morte morieris, & egerit penitentiam a peccato suo, &c. vita vivet. *Ibid. 33. 14.* Omnia peccata ejus, quæ peccavisti, non imputabuntur ei &c. *ib. v. 16.* & 19. *1. Cor. 13. 9.*

Hæc dicit Dominus exercituum: Convertimini ad me -- & convertar ad vos. *Zach. 1. 3.* Idem *Malach. 3. 7.* habetur verbatim.

Penitentiam agite: appropinquavit enim regnum caelorum. *Matth. 3. 2.*

Si quis stitit, veniat ad me, & bibat. *Joan. 7. 37.*

Penitentiam igitur, & convertimini: ut deleantur peccata vestra, &c. *Altor. 3. 19.*

Penitentiam igitur age (Simon magus) ab hac nequitia tua: & roga Deum, si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. *Ibid. 8. 22.* *c. 9. 8.*

Omnis enim, quicumque invocaverit nomen Domini, salvus erit. *Rom. 10. 13.* *1. Cor. 3. 9.*

Gratia autem Dei sum id quod sum, & gratia ejus in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboravi: non ego autem, sed gratia Dei mecum. *1. Cor. 15. 10.* *2. Cor. 7. 1.*

Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. *Eph. 5. 14.* *1. Tim. 4. 16.*

Experimentum autem ejus cognoscite, quia sicut patri filius, mecum servavit in Evangelio. Deus est enim, qui operatur in vobis & velle & perficere pro bona voluntate. *Philip. 2. v. 13. 22.*

Omnia possum in eo, qui me confortat. *Ibid. 4. 13.*

In quo (Jesu Christo) & laboro, certando secundum operationem ejus, quam operatus in me in virtute. *Gal. 1. 29.* *c. 3. 2. 10.*

Si quis ergo emundaverit se ab istis, erit vas in honorem sanctificatum, & utile Domino, ad omne opus bonum paratum. *2. Tim. 2. 21.* *1. Tim. 4. 16.*

Ade-

Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ: ut misericordiam consequamur, & gratiam inveniamus in auxilio opportuno. *Hebr. 4. 16.*

Propter quod, remisit manus, & soluta genua, erigite, & gressus rectos facite pedibus vestris: ut non claudicans quis erret, imago autem fanetur. *Ibid. 12. 13.*

Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Emundate manus, peccatores: & purificate corda, duplices animo. *Jer. 4. 8.* *1. Petr. 1. 22.* *1. Joan. 3. 3.*

Ecce sto ad ostium, & pulso: si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi januam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. *Apoc. 3. 20.*

Ad bonum cognoscendum illuminatur.

Intellectum tibi dabo, & instruum te in via hac, qua gradieris. *Psal. 31. 8.*

Nolite hœsi sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. *Ibid. v. 9.*

In lumine tuo videbimus lumen. *Ibid. 35. 10.*

Beatus homo quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum. *Ibid. 93. 12.*

Revela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. *Ibid. 118. 18.*

Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. *Joan. 1. 9.*

Deus enim illis manifestavit. Invisibilia enim ipsius, a creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta, conspiciuntur: sempiterna quoque ejus virtus & divinitas, ita ut sint inexcusabiles. *Rom. 1. 19.*

Et non necesse habetis, ut aliquis doceat vos: sed sicut unctio ejus docet vos de omnibus, & verum est, & non est mendacium. *1. Joan. 2. 27.*

Ad persequendum adjuvatur.

Jerusalem, Jerusalem quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluit? *Matth. 23. 37.*

Sine me nihil potestis facere. *Joan. 15. 5.*

Similiter autem & spiritus adjuvat infirmitatem nostram. *Rom. 8. 26.*

Non quod sufficientes simus cogitare aliquid a vobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est. *2. Cor. 3. 5.*

Deus est enim qui operatur in vobis & velle & perficere, pro bona voluntate. *Philip. 2. 13.*

A nullo violentatur.

Dixitque Dominus ad eum (Cain): Quare iratus es? & cur concidit facies tua? Nonne si bene egeris, recipies: si autem male, statim in foribus peccatum (tuum) adest? sed sub te erit aperitus tuus, & tu dominaberis illius. *Gen. 4. 6.*

Voluntarie sacrificabo tibi. *Psal. 53. 8.*

Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilii sui. Adjecit mandata & præcepta sua: Si volueris mandata servare, conservabunt te &c. *Ecc. 1. 15. 14.*

Perditio tua Israel: tantummodo in me auxilium tuum. *Osee 13. 9.*

Pharisæi autem & legisperiti consilium Dei sperverunt in semetipsos, non baptizati ab eo. *Luc. 7. 30.*

Voluntarie enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, jam non relinquitur peccatis hostia, terribilis autem quædam expectatio iudicii, & ignis æmulatio, quæ consumpura est adversarios. *Hebr. 10. 26.*

Ecce sto ad ostium & pulso: Si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi januam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. *Apoc. 3. 20.*

T I T U L U S XIV.

Libertas.

Libertas Evangelica.

Si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis: & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. *Jer. 8. 31.* Si ergo vos Filius liberaverit, vere liberi eritis. *ib. v. 36.*

Libertati autem a peccato, servi facti estis iustitiæ. *Rom. 6. 18.*

Lex enim spiritus vite in Christo Jesu liberavit me a lege peccati & mortis. *ib. 8. 2.* Quia & ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei. *v. 21.*

Ubi enim Spiritus Domini, ibi libertas. *2. Cor. 3. 17.*

Vos enim in libertatem vocati estis, fratres: tantum ne libertatem in occasionem deus carnis, sed per caritatem Spiritus servite invicem. *Gal. 5. 13.* *1. Pet. 1. 18.* *c. 2. 16.* *2. Pet. 2. 19.*

Ad Deum ordinatur.

Liberati autem a peccato, servi facti estis iustitiæ. *Rom. 6. 18.* Cum enim servi essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ. *Ibid. v. 20.*

Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, de quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors. Nunc vero liberati a peccato, servi autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, sicut vero vitam æternam. *Ibid. v. 21.*

Qui

Qui enim in Domino vocatus est servus, libertus est Domini. 1. Cor. 7. 22.
 Vos enim in libertatem vocati estis, fratres: tantum ne libertatem in occasionem detis carnis, sed per caritatem Spiritus servite invicem. Galat. 5. 13.
 Similiter qui liber vocatus est, servus est Christi. 1. Cor. 7. 22.
 Qui autem perpenderit in legem perfectam libertatis, & permanferit in ea, non auditor obliviosus factus, sed factor operis: hic beatus in facto suo erit. Jacobi. 1. 25.
 Sic loquimini: & sic facite, sicut per legem libertatis incipientes judicari. Tit. 2. 12.
 Quia sic est voluntas Dei, ut beneficientes obmutescere factis impudentiam hominum ignorantiam: quasi liberi, & non quasi velamen habentes malitiae libertatem, sed sicut servi Dei. 1. Petr. 2. 15.

Libertas humana commendatur.

Servus vocatus es? non sit tibi cura: sed & si potes fieri liber, magis utere. 1. Cor. 7. 31.
 Pectus empti estis, nolite fieri servi hominum. Ibid. v. 33.

Libertas precus & impedienda. Eorum scilicet qui Evangelicam Libertatem pretendunt.
 Et ideo precepta servare neque possibile, neque necesse esse proclamant.

Virvanus in superbiam erigitur, & tamquam pullum onagri se liberum natum putat. Job. 11. 12.
 Et conversi estis vos hodie, & fecistis quod rectum est in oculis meis, ut predicaretis libertatem uniusque ad apicem suum: & inistis pactum in conspectu meo, in domo, in libertatem invocatum est nomen meum super eam. Jerem. 34. 15.
 Reversi sunt, ut essent absque iugo: facti sunt quasi arcus dolosus: cadent in gladio principis eorum, & furore lingue sue. Ista substantiatio eorum in Terra Aegypti. Osee 7. 16.
 Vos enim in libertatem vocati estis, fratres: tantum ne libertatem in occasionem detis carnis. Galat. 5. 13.
 Quasi liberi, & non quasi velamen habentes malitiae libertatem &c. 1. Petr. 2. 16.
 Superba enim vanitatis loquentes, pellicunt in desiderii carnis luxuria eos, qui paululum effugiunt, quia in errore conversantur. 2. Petr. 2. 18.

TITULUS XV.

Limbus Patrum.

Si sustinueris, infernus domus mea est, & in tenebris stravi lectulum meum. Job. 17. 13.
 Nudus est infernus coram illo, & nullus est operimentum perditioni. Ibid. v. 6.
 Non derelinques animam meam in inferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Psalm. 17. 10.
 Infernus, & perditio coram Domino: quanto magis corda filiorum hominum? Prov. 15. 11.
 Non est enim in inferno accusatio vite. Ecclesi. 41. 7.
 Propterea dilatavit infernus amaram suam, & aperuit os suum absque ullo termino: &c. Ibid. v. 14.
 Loquentur ei potentissimi robustorum de medio inferni, cui cum auxiliatoribus eius descenderunt, & dormierunt in circuitu, interfecit gladio. Ezech. 32. 21.
 Ero mors tua, o mors, morsus tuus ero inferne: consolatio abscondita est ab oculis meis. Osee 13. 14.
 Quoniam non derelinques animam meam in inferno: nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem. Act. 2. 27.
 Frater ejus mortuus est, & ipse solus remansit; si quid ei adversi acciderit in terra, ad quam pergit, deducetis canos meos cum dolore ad inferos. Gen. 42. 38. Idem Cap. 44. 29.
 Facies ego sapientiam tuam, & non deduces canicem ejus pacifice ad inferos. 3. Reg. 2. 6.
 Dominus mortificat, & vivificat, deducit ad inferos & reducit. 1. Reg. 2. 6. Tob. 12. 2.
 Et deficiens, mortuus est (Abraham) in teneclute bona, proventaque aetatis; & plenus aetate: congregatusque est ad populum suum. Gen. 25. 8. Et facti sunt amivite Simaelicum viginti septem, deficiensque mortuus est, & appositus ad populum suum. Ibid. v. 17.
 Pergat, inquit (Dominus ad Moysen) Aaron ad populos tuos: non enim intrabit terram, quam dedi filiis Israel. Num. 20. 24.
 Cumque videas eam (scilicet terram quam daviui sum filiis Israel) (dicit Dominus ad Moysen) ibis & tu ad populum tuum; sicut ipse frater tuus Aaron. Ibid. 27. 13.
 Ulicere prius filios Israel (dicit Dominus ad Moysen) de Madianitis, & sic colligeris ad populum tuum. Ibid. 31. 2.
 Insuper & caro mea requiescet in spe, quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem. Psal. 15. 9.
 Penetrabo omnes inferiores partes terrae, & inspiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes sperantes in Domino. Ecclesi. 24. 45.
 Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti viuctos tuos de lacu; in quo non est aqua. Zach. 9. 11.
 De

De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos: ero mors tua, o mors, morsus tuus ero inferne. Osee 13. 14.
 Illuminare his quis in tenebris & in umbra mortis sedent. Luc. 1. 79.
 Pactum est autem ut moreretur mendax, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahae. Ibid. 16. 22. Joan. 14. 3.

Ut per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, id est, Abolom: & liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant servituti. Hebr. 2. 14.
 Delens, quod adversus nos erat Chirographum decreti, quod erat contrarium nobis; & ipsum tulit de medio, abigens illud cruci: & expolians principatus, & potestates tradidit confidenter, palam triumphans illos in triumpho. Galat. 3. 14.
 Quia & Christus fersit pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustus, ut nos offerret Deo, mortificatus quidem carne, vivificatus autem spiritu. In quo & his, qui in carcere erant, spiritibus veniens praedicavit: qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Deum patientiam in diebus Noe, cum fabricaretur arca, &c. 1. Petr. 3. 18.
 Et a Jesu Christo, qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum. Apoc. 1. 5. 6. Ego sum primus, & novissimus: & vivus, & fui mortuus: & ecce sum vivens in sacula saeculorum; & habeo claves mortis, & inferni. Ib. v. 17. Heb. 11. v. ult. c. 10. 19.

TITULUS XVI.

Lingua & Loquens.

A lingua mala cavendum. Vide Depravata.

Lis non detrahes, & principi populi tui non maledices. Exod. 22. 28.
 Non eris criminator, nec furus in populo. Lev. 19. 16.
 A flagello lingue absconderis, & non timebis calamitatem cum venerit. Job. 5. 22.
 Tota die iniquitatem cogitavit lingua tua: sicut novacula acuta secisti dolorem. Ps. 57. 4.
 Accurrit lingua sua sicut serpentis: venenum aspidum sub labiis eorum. Ibid. 133. 4. Vir linguosus non dirigitur in terra: virum injustum mala capiat in interitum. Ib. v. 12. Pl. 5. 11. 13. 5. Rom. 3. 13.
 Pone Domine custodiam ori meo: & osium circumstantia labiis meis. Ibid. 140. 3.
 Remove a te os pravum, & detrahentia labia sint procul a te. Prov. 4. 24.
 Abscondunt odium labia mandacia: qui profert contumeliam, insipiens est, &c. Ib. 10. 18.
 Simulator ore decipit amicum suum: iusti autem liberabuntur scientia. Ib. 11. 9. c. 12. 13. 19.
 Lingua sapientium ornat scientiam: os fatuorum exullit stultitiam. Ib. 15. 2. c. 16. 27.
 Homo perversus suscitabit lites: & verborum separat principes. Ibid. 16. 28. c. 30. 11.
 Qui pervertit cordis est, non inveniet bonum: & qui vertit linguam, incidet in malum. Ibid. 17. 20.
 Labia stulti miscent se rixis: & os ejus jurgia provocat. Os stulti contritio ejus: & labia ipsius, ruina animae ejus: Verba bilinguis quasi simplicia: & ipsa perveniunt usque ad interiora ventris. Ibid. 18. 6.
 Ei, qui revelat mysteria, & ambulat fraudulenter, & dilatat labia sua, ne commiscearis, &c. Ibid. 20. 19.
 Qui custodit os suum & linguam suam, custodit ab angustiis animam suam. Ibid. 21. 23. c. 20. 30. 11.
 Multas curas sequuntur somnia, & in multis somnibus invenitur stultitia. Eccl. 5. 3.
 Custodite ergo vos a murruratione, quae nihil prodest, & a detractione parcae linguae; quoniam sermo obscurus in vacuum non ibit: os autem, quod mentitur, occidit animam. Sap. 11. 11.
 Non appellaris furus, & lingua tua ne caparis, & confundaris. Super iuram enim est confusio & poenitentia, & donotatio pessima super bilinguem: iuratori autem odium, & inimicitia, & contumelia. Eccl. 5. 16. c. 25. 12.
 Sufurro & bilinguis maledictus: multos enim turbabit pacem habentes. Lingua tercia multos commovit, & dispersit illos de gente in gentem: Civitates multas divitum destruxit, & domos magnatum effudit. Virutes populorum concidit, & gentes fortes dissolvit. Lingua tercia mulieres virgines eiecit, & privavit illas laboribus suis. Qui respicit illam, non habebit requiem, nec habebit amicum, in quo requiescat. Flagelli plaga huiusmodi facit: plaga autem linguae comminet ossa. Multi ceciderunt in ore gladii, sed non sic quasi qui interierunt per linguam suam, &c. Ibid. 28. 15. Septi aures tuas spiritus, linguam nequam non audire, & os tuo facito estia, & feras. Ibid. v. 28.
 Quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali? Matih. 12. 34.
 Corruptum mores bonos colloquia mala. 1. Cor. 15. 33. 1. Petr. 2. 1.
 Sit autem omnis homo velox ad audiendam: tardus autem ad loquendum; & tardus ad iram. Jac. 1. 19. Prov. 17. 27.
 Lingua modicum quidem membrum est, & magna exaltat. Ecce quantum ignis quam magnam Theow. Biblic. 5.

filium incendit. Et lingua ignis est, universitas iniquitatis. *Jacob. 3. 5.* Linguam autem nullus hominum domare potest: inquietum malum, plena veneno mortifero. v. 8.

Nolite detrahere alterutrum fratres &c. *Ibid. 4. 11.*

Lingua discreta moderanda.

IN multiloquio non deerit peccatum: qui autem moderatur labia sua, prudentissimus est. &c. *Prov. 10. 19.*

De fructu oris sui unusquisque replebitur bonis, & iuxta opera manuum suarum retribuetur ei. *Ibid. 12. 14.*

De fructu oris sui homo satiabitur bonis: anima autem pravaricatorum iniqua. *Ibid. 13. 2.* Qui custodit os suum, custodit animam suam: qui autem inconsideratus est ad loquendum, sentiet mala. v. 3.

Qui moderatur sermones suos, doctus & prudens est: & pretiosi spiritus vir eruditus, &c. *Ibid. 17. 27.*

Mors & vita in manu lingue: qui diligunt eam, comedent fructus ejus. *Ibid. 18. 21.* Qui custodit os suum & linguam suam, custodit ab angustiis animam suam. *Ibid. 21. 23.*

Beatus vir qui non est lapsus verbo ex ore suo, & non est stimulatus in tristitia delicti. *Ecclesi. 14. 1. Cap. 19. 17.*

Est tacens, qui invenitur sapiens: & est odibilis, qui prociac est ad loquendum. *Ibid. 20. 5. Cap. 22. 33.*

Homo assuetus in verba improperii, in omnibus diebus suis non erudietur. *Ibid. 23. 10.* Indisciplinare loquelæ non assuetus es tuum: est enim in illa verbum peccati. *Ibid. v. 17.*

Dico autem vobis, quantum omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicii. *Matth. 12. 36. Matth. 5. 37.*

Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum: & malus homo de malo thesauro profert malum. Ex abundantia enim cordis os loquitur. *Luc. 6. 45.*

Sic autem omnis homo velox ad audiendum: tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. *Jacob. 1. 19.*

In multis enim offendimus omnes. Si quis in verbo non offendit: hic perfectus est vir. *Ibid. 3. 2.* Qui enim vult vitam diligere, & dies videre bonos, cocreat linguam suam a malo, & labia ejus non loquantur dolum. *1. Pet. 3. 10. Psal. 33. 17.*

Loquenda sunt vera, honesta, & que auxiliantur profectui quantum.

Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? Qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua, &c. *Psal. 14. 1.* Qui jurat proximo suo, & non accipit, &c. Qui facit hæc, non movebitur in æternum. *Ibid. v. 5.*

De fructu oris sui homo satiabitur bonis: anima autem pravaricatorum iniqua. Qui custodit os suum, custodit animam suam: qui autem inconsideratus est ad loquendum, sentiet mala. *Prov. 13. 2.*

Labia desolabitur, qui recta verba respondet. *Ibid. 24. 26.*

Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore suo. *Ibid. 25. 12. Cap. 29. 20. Ecclesi. 5. 2.*

Sic autem sermo verus, est, est: non, non: quod autem his abundantius est, a malo est. *Matth. 5. 37. Jacob 5. 12.*

Dico autem vobis (*sic Christus*) quantum omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicii. *Ibid. 12. 36.*

Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat: sed si quis bonus ad edificationem fidei, ut det gratiam audientibus. *Ephes. 4. 29.*

Fornicatio autem & omnis immunditia, aut avaritia, nec nominetur in vobis, sicut docet sanctos. *Ibid. 5. 3.*

Nunc autem deponite & vos omnia: iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro. *Coloss. 3. 8.*

Qui enim vult vitam diligere, & dies videre bonos, cocreat linguam suam a malo, & labia ejus non loquantur dolum. *1. Pet. 3. 10.*

Loquendi tempus & opportunitas.

Lætatur homo in sententia oris sui: & sermo opportunus est optimus. *Prov. 15. 23.*

Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore suo. *Ibid. 25. 11. Ecclesi. 8. 5.* Primum audias, ne respondeas verbum: & in medio sermionum ne adicias loqui. *Ecclesi. 11. 8.*

Est tacens non habens sententiam loquelæ: & est tacens, sciens tempus aptum. *Ibid. 20. 6.*

Audi tacens, & pro reverentia succedet tibi bona gratia. *Ibid. 32. 9. Cap. 33. 4.*

Respondete obsecro absque contentione: & loquentes id, quod iustum est, iudicate. *Job. 6. 29.*

Lingua placabilis, lignum vitæ: quæ autem immoderata est, conteret spiritum. *Prov. 15. 4. Cap. 16. 20. 22.*

Totum

Totum spiritum suum profert stultus: sapiens diserte, & reservat in posterum. *Ibid. 29. 11.* Noli citatus esse in lingua tua: & inutilis, & remissus in operibus tuis. *Ecclesi. 4. 34.*

Non appetitis furro, & lingua tua ne capiatis, & confundaris. *Ibid. 5. 16.*

Verbum dulco multiplicat amicos, & mitigat inimicos: & lingua Eucharis (*gratia*) in bono homine abundat. *Ibid. 6. 7.*

Sermo vester semper in gratia vale sit conditus, ut sciatis, quomodo oporteat vos unicuique respondere. *Coloss. 4. 6.*

Lingua indifferens Deum provocat.

Non eris criminator, nec fururo in populo. *Levitic. 19. 16.*

Quid gloriaris in malitia? — Totæ die insipientiam cogitavit lingua tua — Dilixisti malitiam — Dilixisti omnia verba precipitationis, lingua dolosa. Propterea Deus destruet te in fine. *Psal. 51. 2.*

Propter hoc, qui loquitur iniqua, non potest latere: nec præteriet illum corripiens iudicium. *Sap. 1. 8.*

Væ duplici corde, & labiis scelestis. *Ecclesi. 2. 14.*

Narratio peccantium odiosa, & stilus illorum in delictis peccati. *Ibid. 27. 14.*

Atendi & auscultavi: nemo, quod bonum est, loquitur. *Jerem. 8. 6.*

Qui est de terra, de terra est, & de terra loquitur. *Joan. 3. 31.*

Non solum otiosa, sed & verbosa & curiosa, loquentes quæ non oportet. *1. Tim. 5. 13.*

Silipsum laedit.

Numquid quis multa loquitur, non & audit? aut vir verbosus iustificabitur? *Job. 11. 2.*

Atque utrum taceretis, ut putemini esse sapientes. *Ibid. 13. 5.*

Vir linguosus non dirigitur in terra. *Ps. 139. 12.*

Ubi autem verba sunt plurima, ibi frequenter egestas. *Prov. 14. 23.*

Malus obedit lingue iniquæ, & fallax obtemperat labiis mendacibus. *Ibid. 17. 4.*

Os stulti contritio eius: & labia ipsius, ruina anime ejus. *Ibid. 18. 7.*

Nubes, & ventus, & pluvie non sequentes, & promissa non complens. *Ps. 25. 14.*

Sicut urbs preterita, & absque murorum ambitu, ita vir, qui non potest in loquendo coherere spiritum suum. *Ibid. 28. 28.*

Vidisti hominem velocem ad loquendum? stulticia magis speranda est, quam illius correptio. *Ibid. 29. 20.*

Labia insipientis precipitabat eum: initium verborum ejus stulticia, & novissimum oris illius error pessimus. *Ecclesi. 10. 12.*

Lingua vero imprudentis, subversio est ipsius. *Ecclesi. 5. 15.*

Qui multis utitur verbis, lædet animam suam. *Ibid. 20. 8.*

Homo avarus (*se ingratus*), quasi fabula vana, in ore indisciplinatorum assidua erit. *Ibid. 21. 21.*

In ore sanctorum cor illorum. *Ibid. 21. 29.*

Argentum tuum & argentum tuum constia, & verbis tuis factio stateram, & frans ori tuo redos: & attende, ne forte labaris in lingua tua, & cadas in conspectu inimicorum infidantium tibi, & sit calus tuus insanabilis in mortem. *Ibid. 28. 29.*

Qui lapsalite loquitur, odibilis est: in omni re defraudabit. Non est illi data a Domino gratia: omni enim sapientia defraudatus est. *Ibid. 37. 23.*

Si quis autem putat se religiosum esse, non retrahens linguam suam — hujus vana est religio. *Jacob. 1. 26.*

Si quis verbo non offendit, hic perfectus est vir. Potest etiam frano circumdare totum corpus. Si autem equalis frano, in ora mittimus ad consentiendum nobis, & omne corpus illorum circumdaverimus, &c. *Ibid. 3. 2.*

Ita & lingua modicum quidem membrum est, & magna exalcat. Ecce quantum ignis, quantum magnum suum incendit. Et lingua ignis est, universitas iniquitatis. Lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus, & inflamat rotam navitarum nostræ, inflammata a gehenna. *Ibid. 7. 3.*

Omnis enim natura bestium, & volucrum, & serpentium, & ceterorum domantur, & domata sunt a natura humana: Linguam autem nullus hominum domare potest: inquietum malum, plena veneno mortifero. *Ibid. v. 7.*

In ipsa benedicimus Deum & Patrem: in ipsa maledicimus homines, qui ad similitudinem Dei facti sunt. Ex ipso ore procedit benedictio, & maledictio. Non oportet, fratres mei, hæc ita fieri. *Ibid. 9. Detrahitis & Maledictio.*

Proximum maledicat.

Ad increpandum tantum eloquia concinnatis, & in ventum verba profertis. *Job. 6. 26.*

Filli hominum dentes eorum arma & sagittæ: & lingua eorum gladius acutus. *Psal. 56. 5.*

Domine libera anima meam a labiis iniquis, & a lingua dolosa. *Psal. 119. 2.*

Os bilingue detector. *Prov. 8. 12.*

Verba impiorum indignantur sanguini: os iustorum liberabit eos. *Ibid. 13. 6.*

V 2

Lingua

Lingua fallax, non amat veritatem: & os lubricum operatur ruinas. *Prov. 26. 28*
Narratio fatui, quasi sarcina in via. *Eccle. 21. 19*
Pungens oculum deducit lacrimas: & qui pungit cor, profert sensum. *Ibid. 22. 24*
Verbum nequam immutabit cor: ex quo partes quatuor oriuntur, bonum, malum, vita, & mors: & dominatrix illorum est assidua lingua. *Ibid. 37. 21*

Discordiam seminat.

Propter peccata laborum ruina proxima malo: effugiet autem iustus de angustia. *Prov. 13. 17*
Homo perverfus suscitabit lites: & verbosus separat principes. *Ibid. 16. 28*
Vir iniquus sedit malum, & in labiis ejus ignis ardeat. *Ibid. 18. 6*
Labia stulti miscent se rixis: & os ejus jurgia provocat. *Ibid. 18. 6*
Verba bilinguis quasi simplicia: & ipsa perveniunt usque ad interiora ventris. *ib. v. 8*
Terribilis est in civitate sua homo linguosus: & temerarius in verbo suo odibilis erit. *Eccle. 9. 25*
Duo genera abundant in peccatis, & tertium aliquid glutiat: & homo nequam in ore candida, quasi ignis ardens, non extinguitur, donec aliquid glutiat: & homo nequam in ore candis sue non desinet: donec incendat ignem. *Ibid. 23. 21*
Lingua tercia mulieres viratas ejetit, & privavit illas laboribus suis. Qui respicit illam, non habebit requiem, nec habebit amicum, in quo requiescat. *Ibid. 28. 19*
Multi ceciderunt in ore gladii, sed non sic quasi qui interierunt per linguam suam. *ib. v. 22*

Modum non servat, scilicet quando loquendum.

Qui prius respondet, quam audiat, stultum se esse demonstrat & confusione dignum. *Prov. 18. 13*
Vidisti hominem velocem ad loquendum? Stultitia magis speranda est, quam illius correctio. *Ibid. 29. 20*
A facie verbi parturit fatuus — Sagitta infixit femori carnis, sic verbum in corde stulti. *Eccle. 19. 11*
Homo sapiens tacebit usque ad tempus: lascivus autem & imprudens non servabit tempus. *Ibid. 20. 7*
Ex ore fatui reprobabitur parabola: non enim dicit illam in tempore suo. *Ibid. v. 22*

Cui loquendum.

Noli verbosus esse in multitudine presbyterorum. *Eccle. 7. 15*
Labia imprudentium stulta narabunt. *Ibid. 21. 28*
Musica in lactu, importuna narratio. *Ibid. 22. 6*
Qui narrat verbum non audienti, quasi qui excitat dormientem de gravi somno. *ib. v. 8*
Cum stulto, ne malum loquaris. *Ibid. v. 14*

Quomodo loquendum.

Non decent stultum verba composita (sc. magnificus sermo) nec principem labium mentiens (sermo mendax). *Prov. 17. 7*
Quomodo si spina nascatur in manu tenuentis: sic parabola in ore stultorum. *Ibid. 26. 9*
In multis sermonibus invenietur stultitia. *Eccle. 5. 2*
Stultus verba multiplicat. *Ibid. 10. 14*
Ne iteres verbum nequam & datum, & non minoraberis. *Eccle. 19. 7*

T I T U L U S XVIIII

Longanimitas. Vide & Spiritus.

Longanimitatis divitia fructus.

Nec vult Deus perire animam: sed retractat, cogitans ne poenitentia pereat, qui abjectus est. *2. Reg. 14. 14*
Altissimus est enim patiens redditor. *Eccle. 5. 4*
Sed miseris omnium, quia omnia potes: & dissimulas peccata hominum propter poenitentiam. *Sap. 11. 22*
Propterea expectat Dominus, ut miseretur vestri: & ideo exaltabitur parcens vobis: quia Deus iudicis Dominus: beati omnes qui expectant eum. *Isa. 30. 18*
Arborem sicut, &c. *Luc. 13. 6. Vide ita Arbor.*
Non tardat Dominus promissionem suam, sicut quidam existimant: sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad poenitentiam reverti. *2. Petr. 3. 9*

Longanimitatis contemptus.

Clemens & misericors (Dominus), & longanimis, & multe miserationis: & tamen velat vult audire. *2. Esdr. 9. 17*
Et erit eis verbum Domini: Manda remanda, manda remanda, expecta reexpecta, expecta reexpecta, modicum ibi, modicum ibi: ut vadant & calant retrorsum, & conterantur, illaqueantur & captantur. *Isa. 28. 17*
Taceat semper, sicut, patiens sui, sicut parturiens loquar. *Ibid. 42. 24*
Expandi manus meas tota die ad populum incredulum, qui graditur in via non bona post cogitationes suas. *Ibid. 65. 2*

Fili hominis, quod est proverbium titul vobis in terra Israel, dicentium: In longum discedentur dies, & peribit omnis visio? *Ezech. 12. 12*

Non enim erit ultra omnis visio casta, neque divinitus antiqua in meo filiorum Israel. Quia ego Dominus loquar: & quodcumque locutus fuero verbum, fiet, &c. *Ibid. v. 4*

An divitiis bonitatis ejus, & patientie, & longanimitatis contenti? Ignoras, quoniam benignitas Dei ad poenitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam, & impoenitentis cor, thesaurizans tibi iram in die ire, & revelationis iusti iudicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera sua. *Rom. 2. 4*

Loquacitas. Vide Silentium.

Loquela & loquenda. Vide Lingua.

T I T U L U S XVIII

Loto pedum.

Sed & asseram pauxillum aquae (air Abraham ad Angelos hospicio susceptos) & lavare pedes vestros, & requiescite sub arbore. *Gen. 18. 4*
Et dixit (Labi Angelis hospicio susceptis) obsecro domini, declinate in domum pueri vestri, & manete ibi: lavate pedes vestros, & mane proficiscimini in viam vestram. *Ibid. 19. 2*
Et introductis domum (fratribus suis) attulit aquam (Joseph) & laverunt pedes suos, deditque pabulum asinis eorum. *Ibid. 23. 24. c. 24. 32*
Surgit a cena (Christus) & ponit vestimenta sua, & cum accepisset linteum praecinxit se, Deinde mittit aquam in pelvium, & coepit lavare pedes discipulorum, & extergere linteos quo erat praecinctus. *Joan. 13. 4*. Si ergo ego lavi pedes vestros, Dominus & magister: & vos debetis alter alterius lavare pedes. *Ibid. v. 14*
In operibus bonis testimonium habens, si filios educavit (vidua qua eligenda sit) si hospicio recepit, si sanctorum pedes lavit, si tribulationem patientibus subministravit, si omne opus bonum subsecuta est. *1. Tim. 5. 10*

T I T U L U S XIX

Luctus.

Loquendum super peccato amare.

Sed quia patiens Dominus est, in hoc ipso poeniteamus, & indulgentiam ejus suffis lacrimis possulemus: non enim quasi homo, sic Deus comminabitur, &c. *Judith. 8. 14*
Nemquid non paucis dierum meorum finietur brevi? Dimitte ergo me, ut plangam paululum dolorem meum: antequam vadam, &c. *Job 10. 20*
Laboravi in gemitu meo, &c. Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem. *Ps. 6. 7*
Deus vitam meam annuntiavit tibi: posuisti lacrimas meas in conspectu tuo. *Ibid. 95. 9*
Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam. *Ibid. 118. 136*
Tempus fletu. *Eccle. 3. 4*
Vox in viis audita est, ploratus & ululatus filiorum Israel: quoniam iniquam fecerunt viam suam, oblitii sunt Domini Dei sui. *Jerem. 3. 22*
In fletu venient, & in misericordia reducam eos. *Ibid. 31. 9*
Nunc ergo dicit Dominus: Convertimini ad me in toto corde vestro, in jejunio, & in fletu, & in planctu: Et scindite corda vestra & non vestimenta vestra. *Jerem. 2. 12*
Petrus egressus foras, flevit amare propter peccata. *Matth. 26. 75*

Super proximo fructifere.

Non desis plorantibus in consolatione, & cum lugentibus ambula. *Eccle. 7. 38*
Quod si hoc non audieris, in abscondito plorabit anima mea a facie superbia: plorans plorabit, & deducet oculus meus lacrimam, quia captus est grex Domini. *Jerem. 13. 17*
Flete cum fletibus. *Rom. 12. 15*
Et qui flet, tanquam non fletens. *1. Cor. 7. 30*
Et luceam multos ex iis, qui ante peccaverunt, & non egerunt poenitentiam super immunditia, & fornicatione, & impudicitia, quam gesserunt. *2. Cor. 12. 21*

T I T U L U S XX

Lux.

Lux est Deus in se incomprehensibilis.

In manibus abscondit lucem, & praecipit ei, ut rursus adventiat. Annuntiat de ea amico suo, quod possessio ejus sit, & ad eam possit ascendere. *Job 36. 32*
Amictus lumine sicut vestimento. *Psal. 103. 2*
Ego sum lux mundi. *Joan. 8. 12*
Thesaur. Biblii.

Lucem inhabitat inaccessibilem: quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest: cui honor & imperium sempiternum. Amen. 1. Tim. 6. 16. Quoniam Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt ullæ. 1. Tim. 6. 16. Vide & Joan. 8. 12.

Lux gratia illuminat intellectum.

Multi dicunt: Quis ostendit nobis bona? Signatum est super nos lumen vultus tui. Ps. 4. 6. Domine in lumine vultus tui ambulabunt. Ibid. 88. 16. Exortum est in tenebris lumen rectis. Ibid. 111. 4. Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis. Isa. 9. 2. Er dedi te in foedus populi, in lucem gentium. Ut aperires oculos cæcorum. &c. Ibid. 42. 6. Ecce dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea, &c. Ibid. 49. 6. Qui ambulabit in tenebris, & non est lumen ei? Iperet in nomine Domini, & innitatur super Deum suum. Ibid. 50. 10.

Surge, illuminare Jerusalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est. Ibid. 60. 1. Conjugam, cum sedero in tenebris, Dominus lux mea est. Mich. 7. 8. Terra Zabulon & terra Nephtholim, via maris trans Jordanem, Galilææ gentium: populus qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam. Matr. 4. 13. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Joan. 1. 9. Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. Ephes. 5. 14.

Inflammat affectum.

Emitte lucem tuam & veritatem tuam. Psal. 42. 3. Lux orta est iusto, & rectis corde læticia. Ibid. 96. 11. Domus Jacob venite, & ambulemus in lumine Domini. Isa. 2. 5. Et ambulabunt gentes in lumine tuo. Ibid. 60. 3. Quamdiu sum in mundo, lux sum mundi. Joan. 9. 5. Ambulate dum lucem habetis, ut non vos tenebræ comprehendant: & qui ambulat in tenebris, nescit quo vadat. Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filii lucis sitis. Ibid. 12. 35. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Ut filii lucis ambulat: Fructus enim lucis est in omni bonitate & iustitia, &c. Ephes. 5. 8. Vos autem fratres non estis in tenebris, ut vos dies illa tamquam fur comprehensit: Omnes enim vos filii lucis estis, & filii diei: non sumus noctis, neque tenebrarum, igitur non dormiamus sicut & ceteri, sed vigilemus & sobrii simus. 1. Thes. 5. 4. Si dixerimus quoniam societatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus, mentimur, & veritatem non facimus. Si autem in luce ambulamus, sicut & ipse est in luce, societatem habemus ad invicem. 1. Joan. 1. 6. Iterum mandatum novum scribo vobis, quod verum est & in ipso, & in vobis: quia tenebræ transierunt, & verum lumen jam lucet. Qui dicit se in luce esse, & fratrem suum odit, in tenebris est usque adhuc. Qui diligit fratrem suum, in lumine manet, & scandalum in eo non est. 1. Joan. 2. 8.

Lux gratia malis est odibilis.

Ipsi fuerunt rebelles lumini, nescierunt vias ejus. &c. Job. 24. 13. Auferetur ab impiis lux sua. Ibid. 38. 15. Hoc est autem iudicium: Quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem — Omnis enim, qui male agit, odit lucem: & non venit ad lucem, ut non arguantur opera ejus. Joan. 3. 19.

Lux naturalis iucunda.

Et ait Tobias: Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cæli non video? Tob. 5. 12. Lux oculorum lætificat animam. Prov. 15. 30. Dulce lumen, & delectabile est oculis videre solem. Eccles. 11. 7. Ego Dominus, & non alter, formans lucem, & creans tenebras, faciens parem, & creans malum. Isa. 45. 6.

Lux exemplaris.

Lux oculorum lætificat animam, Prov. 15. 30. Vos estis lux mundi. Matr. 5. 14. Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona; & glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est. Matr. v. 16. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifestentur opera ejus, quia in Deo sunt facta. Joan. 3. 21. Ille erat lucerna ardens, & lucens. Ibid. 5. 35. Providentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Rom. 12. 17. Commendantes nosmetipsos ad omnem conscientiam hominum coram Deo. 2. Cor. 4. Providemus enim bona non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus. Ibid. 8. 21. Ut sitis sine querela & simplices filii Dei, sine reprehensione in medio nationis prave & per-

perverse: inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, verbum vitæ continentes, ad gloriam meam in die Christi. Phil. 2. 15.

Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Ibid. 4. 5. In sapientia ambulate ad eos, qui foris sunt; temporis rudimentes. Coloss. 4. 5. In omnibus vestrum præbe exemplum bonorum operum in doctrina, in integritate. Tit. 2. 7. Convesationem vestram inter Gentes habentes bonam: ut in eo quod decrevit de vobis tamquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum in die visitationis. 1. Petr. 2. 12.

Lux est Christus.

Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus in regione umbræ mortis lux orta est eis. Isa. 9. 2. Ego Dominus vocavi te in iustitia, & apprehendi manum tuam, & servavi te. Er dedi te in foedus populi, in lucem gentium. Ut aperires oculos cæcorum, & educeres de conclusione vincum, & de domo carceris sedentes in tenebris. Ibid. 42. 6. Surge illuminare Jerusalem: quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est. Ibid. 60. 1. Er ambulabunt Gentes in lumine tuo, & reges in splendor ortus tui. v. 3. Non erit tibi amplius sol ad lucendum per diem, nec splendor Lunæ illuminabit te: sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam. v. 19. Ecce dedi te in lucem Gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terræ. Ibid. 49. 6. Act. 13. 47.

In ipso vita erat, & vita erat lux hominum: & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Joan. 1. 4. Iterum ergo locutus est eis (scribis & pharisæis) Jesus, dicens: Ego sum lux mundi: qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Ibid. 8. 12.

Quamdiu sum in mundo, lux sum mundi. Ibid. 9. 5. Dum lucem habetis, (dixit Jesus turbis Judæorum) credite in lucem, ut filii lucis sitis. Ibid. 12. 36. Ego lux in mundum veni, ut omnes, qui credunt in me, in tenebris non maneat. v. 46. Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt ullæ. 1. Joan. 1. 5. Iterum mandatum novum scribo vobis: quia tenebræ transierunt, & verum lumen jam lucet. Ibid. 2. 8.

Lux sunt Christiani.

Iustorum autem semita quasi lux splendens, procedit, & crescit usque ad perfectam diem. Via impiorum tenebrosa: nesciunt ubi currant. Prov. 4. 18. Propter Sion non tacebo, & propter Jerusalem non quiescam, donec egrediarur ut splendor iustus ejus, & salvator ejus ut lampas accendatur. Isa. 62. 1. Vos estis lux mundi. Non potest civitas abscondi supra montem posita. Matr. 5. 14. Rom. 2. 19. Omnia autem facite sine murmurationibus & hesitationibus: ut sitis sine querela, & simplices filii Dei, sine reprehensione, in medio nationis prave & perverse: inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. Phil. 2. 14.

TITULUS XXI.

Luxuria. Vide & Adulterium & Fornicatio.

Pecatum carnis præcipua videtur fuisse causa, propter quam Dominus diluvio delerit mundum. Invenit illud. Gen. 6. Omnis quippe caro corruperat viam suam. v. 12. Idem peccatum carnis & luxuria, fuit etiam causa horribilis incendii Sodoma. Ibid. 19. Vide ibidem quos & quanta mala evertunt: ex ardenti amore Sichem filii Emor, qui violenter Dinam apprehisit. Ibid. 34.

Luxuriosi quandoque luxuriam in aliis desolantur, ut patet in Juda, qui dixit de Thamar. Ibid. 38. Productive eam, ut comburatur. v. 24.

Occisione uxoris Levitæ a viris Bellai in Gaba Benjamin, incredibili libidinis furore vexante, & ceteris sine plus quam 6000 hominum. Judit. 13. 20.

Contra autem Holosemi concussus est: erat enim ardens in concupiscentia ejus. Jud. 12. 16. Dixit Angelus Tiliæ: Hi namque qui conjugium ita suscipiunt, ut Deum a se & a sua mente excludant, & suæ libidinis ita vacent, sicut equus & mulus quibus non est intellectus: habet potestatem demonum super eos: Quod ergo dicendum de fornicatoribus, qui nihil aliud intendunt, nisi suam suam libidinem explere? Tob. 6. 17.

Duo senes ita fuerunt amore Sufanna diepti, ut dum illa voluntatem eorum facere recusavit, mortem illis procurare cuperent. Dan. 13.

Tempore Antiochi templum luxuria & comestationibus gentium erat plenum, & scortantium cum meretricibus, sacratissime adibus mulieres se utro ingerebant. 2. Mach. 6. 4. Exemplo filii prodigi, qui dissipavit substantiam suam vitando luxuriose, patet, quod vitium istud & peccatum deprecatur: unde dicitur Luc. 15. 13. cepit egere. Item v. 14. quod pasceret porcos &c. ex quo sequitur, quod luxuria etiam vilificet naturam. v. 15.

V 4